






John Carter Brown
Library
Brown University







Salon XI. 52175

ORBIS TERRÆ
PARTIVM
SVCCINCTA EXPLI-
CATIO, SEV SIMPLEX ENV-

meratio, distributa in singularum
partium regiones:

VBI SINGVLIS REGIONI-
BVS SVÆ VRBES, ELOGIA, ET PRAE-
conia, Personæ, siue illustres, siue infames, fontes, mer-
ces, singularia & propria singulis, & cætera qua-
cunq; ratione insignia, admiranda
& noua adtribuuntur.

MARIA ITEM, LITTO-
RA, MARIVM SINVS, PENINSVLAE, ET
*Insulæ maris magni siue Oceani, & maiores mino-
resq; Insulæ mediterranei maris, eodem
ordine exponuntur.*

*Cum indicatione autorum, tum
veterum, tum recentium.*

A

MICHAELE NEANDRO.

Tertiæ editioni addita sunt alia aliorum di-
uersorum auctorum scripta lectu iucundissima, dignis-
simaq; quæ altera pagellæ facies indicabit.

Cum Gratia & Priuilegio.

L I P S I Æ.

M. D. L X X X I X.

£

PRÆTER CÆTERA
QVÆ NON INVILITE
autor recentiori huius operis editio
addi curavit, etiam hæc, quæ se-
quuntur, accesserunt.

I. Itinerarium D. Salomonis Svéickeri
qui è Thracia in Aegypto, Palæstina, Arabia atq;
Syria peregrinatus est, autore Martino Crusio
vtriusq; Eloquentiæ Professore Tubingæ: cum
copiosiore eiusdem explicatione, adiectione q;
Græcorum de Svéickero testimoniorum.

II. Epistola continens Hodœporicum na-
uigationis ex Constantinopoli in Syriam, Palæ-
stinam, Agyptum, & ad montem Sinai: Nec non
de bello Persico, & circumcissione Mahometi
filijs Imperatoris Turcici, alijsq; rebus Constan-
tinopoli non longo tempore antè gestis.

III. De Ecclesia & religione Aethiopum
sub Imperio preciosi Ioannis D. Matthæi Dres-
seri vtriusq; linguæ, & historiarum Professoris
in Academia Lipsiensi oratio.

III. De Russorum, nec non Tartarorum
religione, ritibus nuptiarum, funerum, victu, ve-
stitu, &c. vera & luculenta narratio ad Dauidem
Chytræum recens scripta: cum alijs eiusdem

argumenti de religione & sacrificijs veterum
Borussorum ad Clariss. V. Georgium
Sabinum à Ioanne Meletio
olim missis.

NOBI.

NOBILISSI

MIS IUVENIBVS, PI-

TATE, MODESTIA ATQVE IN

teris linguisq, profectu laudando ornatissimis,

Christophoro Sigismundo, Ioachimo

riderico, Ioanni Henrico, fratribus no-

bilissimi viri, D. Henrici à Bila, sapientia,

doctrina multa & varia, eloquentia, magnoq,

su rerum clarissimi & praestantissimi, ac hinc

illustrissimi Ducis AVGVSTI, Electo-

is Saxoniae Consiliarij celebris, Domini in He-

ieroda & Stapelburg, & praefecti Episco-

patus Mersburgici, filijs optimis, ami-

cis suis dilectis & honorandis.

S. D.



obilissimi Iu-

venes, pietate, mo-

destia, generis splen-

dore, ingenio atque

in literis, linguisque

profectu laudando

ornatissimi, venit aliquando ad nos

Illfeldam amicitiae ac colloquio-

rum ergò vir quispiam, doctrina

omni, nomine atque dignitate prae-

ter ceteros omnes praeditus, non

a 2

modò

P R Æ F A T I O.

modò in illa Academia, cui traditus
 fuerat quasi Rector & inspector
 quispiam perpetuus, sed qui etiam
 per Europam ferè vniuersam, & in
 magnorum Dominorum ac Princi-
 pum aulis non vulgari, sed præcipua
 & singulari autoritate antecellebat,
 vbi fuit aliquandiu, quod in veteri
 versu dictum est: ἕκτῃς πρῆκτῆς πω-
 γαίολοι οἱ ἀπ' ἄλλω.

Tametsi verò in doctrina Ec-
 clesiæ non vbiq; consentientes opi-
 niones cum illo viro haberemus: ta-
 men ille his nihil offensus diligebat
 me mirificè, colloquebatur liben-
 ter, & ad illam rem occasiones, si
 quæ offerebantur, nullas negligebat,
 quòd existimaret literas erudi-
 tas me amare, & ibi plurimum ocij
 atq; temporis ponere, quarum ille
 tanta cura tangebatur, vt somnum
 aliquando præ illis diceret, se non
 posse capere. Ac quantum in omni
 literarum, linguarum & doctrina-
 rum eruditarum omnium genere,
 studio

PRÆFATIO.

studio & labore fuerit consecutus, locent monumenta & eius libri, qui in manibus eruditorum omnium versantur hæctenus, & versabuntur in illis etiam deinceps semper, σέβας κ' ἔργα ἑωσὸς μ' ἐνοιῶσι.

Adducebat tum secum ille in duobus curribus ex vtraq; Academia vicina, viros doctrina multiplici, ingenio, sapientia atq; nomine in illis duabus Academijs præstantes & eximios, quo nihilominus eum vnum tunc vt Præceptorem & maiorem colebant & venerabantur.

Dum verò tantis hospitibus color præstare, quæ possum cuncta humanitatis, benevolentia atq; hospitalitatis officia, ac cum inter conuiuandum, quod fieri solet, tum de alijs rebus, ante omnia autem de literis, Scholis & Ecclesia multa amice & familiariter colloquimur, inquit ille, nunc tandem, DE I singulari beneficio, perfectum studio atq; labore Megalandri Lutheri, qui fue-

Colloquium Neandricum viris aliquot doctrina omni excellentibus.

P R Æ F A T I O .

fit φωσὶς Theologorum, & magni ^{καὶ}
^{παιδείας}, & omniscij, & qui ^{ὡς} τὸ
 extiterit Philippi Melanchthonis,
 atq; aliorum excellentium virorum
 opera vt & puritas doctrinæ restitu-
 ta sit Ecclesiæ, sitq; nunc nihil reli-
 quum, quod Scholis etiam & Iuuen-
 tuti deesse possit, cū etiam illis ita
 consultum sit in traditione artium,
 literarum atq; linguarum erudita-
 rum facili, perspicua, plana atq; ex-
 pedita, vt, cur queri & desiderare
 deinceps aliquid Scholæ velint, cau-
 sam iustam non sint habituræ. Quæ
 ipse tunc oratione facunda, erudita
 & luculenta commemorabat & ex-
 ponebat, non sine voluptate omni-
 um, qui tunc vnâ accubueramus.

Ac cum ego fretus & humanita-
 te eius præstantissimi viri, beneuo-
 lentia, in me affectione, propensio-
 ne & voluntate singulari contra
 quàm ille sentiret, nullam offensam
 formidando, affirmarem esse etiam
 num, quod iuuentus hætenus re-
 quirat:

PRÆFATIO.

uirat: ac ille contra responderet, mirari se, neq; satis scire huc vsq; posse, quid illa, aut etiam qui dicentium studijs in Scholis præsent, possint in vlla doctrinæ parte desiderare: Ne itaq; suspensum diutiùs tenerem, protuli has nostras pagellas, quas mittere me ad vos, præstantissimi iuuenes, ἀματὸν ἀγαθοῖο φίλων τέκνα, mox dicam, vt inde intelligere disceret, quò tenderet ἀντίπαλον nostra oratio, & cognosceret inde requiri in Scholis, tum à dicentibus, tum etiam docentibus, succinctam, sed tamen eruditam & accuratè conscriptam partium omnium præcipuarum orbis terræ enumerationem, & in his omnium partium, quæ passim in tam latè patente orbe sint præcipua, illustria, & non sine causa scitu necessaria ad explicationem multarum rerum, earum præcipuè, quæ in Scholis traditi, enarrari & explicari solent, tametsi in Ecclesia etiam, & cætera h

Aliquid ad huc desiderari in scholis.

Partium orbis terræ enumeratione cur vitis est

P R Æ F A T I O.

Topogra-
phia &
Chronolo-
gia duo o-
culi histo-
ria.

minum vita, illa doctrinæ pars lu-
cem multis rebus afferat, cum To-
pographia & Chronologia, loco-
rum & temporum indicatio & co-
gnitio, sint quidam duo egregij o-
culi vniuersæ omnium ætatum atq;
temporum historiæ, de quo tunc
non fuerat necessum pluribus, ne
scientibus loquerer, dicere, cum
non esset tunc, qui contradiceret,
neq; fortè nunc sit, qui diuersum di-
scitentibus persuadere studebit. Ille
verò, hac mea oratione & *συναγρα-
φία*, siue delineatione rudi & de for-
mi eius rei commotus, respondit re-
ctè me sentire, & toto ferè illo iti-
nere, quod fuerint diebus superiori-
bus emensi, ad me profecturi, de
nulla ferè re alia, quàm de tali alia
quo libello breui & erudito con-
scribendo, sermones multos vltro
citroq; cum Comitibus ornatissimis
ac præstantissimis habuisse, optareq;
se ex animo, vt tale aliquid exstet in
publico, aut saltem mox alicuius
crudi-

P R Æ F A T I O.

eruditi industria elucubratum in publicum veniat.

Tametsi verò tunc neq; nostras pagellas, quamvis rudes & ineptas, improbare, & suum illis locum relinquere, tamen cum exactius, eruditius & consummatius quiddam inter cæteros ego etiam desiderarem, ostenderem etiam tunc querelas magnorum & doctorum virorum è libris ipsorum exstantibus prolatas, quibus ipsi quoq; requirebant orbis descriptionem & explicationem eruditam, omnium à nobis, qui tum vnà ad vnã mensam accubuimus, omnibus precibus rogabatur, vt ipse talem aliquem libellum eruditum in vsum studiosæ iuuentutis conscriberet, cum nemo id melius & rectius possit, cum in omni literarum ac studiorum genere non modo versatissimus, sed etiam exercitissimus esset. Quamvis verò multa prætenderet, cur nostris precibus locum dare neq; acquiescere posset,

PRÆFATIO.

inter cætera verò, & quidem ante omnia occupationes suas multiplicēs, omnibusq; notas, easq; subinde novas: tamen cùm nollet tot precibus tot tantorumq; amicorum, qui eodem tempore contentiosius ab illo idem publico nomine peterent, repugnare, vt nobis animum exple-
ret, annuit tandem.

Mihiq; tunc id negotij tum ab ipso, tum etiam Comitibus eius datum est, vt tanquam ἐγγοθιώκτης cum omnibus occasionibus promissi illum admonerem, & instarem, quibus possem modis & rationibus, vt tantum temporis negocijs suis multis suffuratus, quantum ei scripture sufficeret, operi promisso quamprimum manum admoueret. Ne verò & mihi ipsi & studiosæ iuuentuti defuisse viderer, scripsi ad eum aliquotiens copiosè, monui sedulò. Ac tamen si aliquotiens placidè atq; benignè responderet, & peteret morulam breuem non iniq; ferrè, ali-
quando

P R Æ F A T I O.

quando etiam scriberet librum cœptum & pertextum, editurum cum inscriptione & mentione nominis mei honorifica, vt constare omni tempore possit de amicitia, quæ vtrinque nobis longo tempore intercessisset, tamen cum occupationes eius multijuges subinde magis crescerent, ei rei nunquam vacare, scriptionem nunquam ordiri, ne dum pertextere potuit. Ac cum etiam deinde non multò post, præter spem fortè & expectationem, fortuna, qua splendida longo tempore vsus fuerat, mutaretur, adeò vt tristia & aduersa multa experiretur, multò minus deinde incoare atque perducere ad finem operatû tractationem eius argumenti huc vsque potuit.

Ideoque tametsi illo potius libello, quem ille nobis exactè perfectû & eruditum potuisset conscribere, vt i maluissemus, tamen, quia in hoc genere commodiores pagellas habere non potuimus, nostras illas
rusti-

P R Æ F A T I O.

rusticas & deformes, inuiti etiam ha-
ctenus retinimus & retinemus et-
iam deinceps, & nunc de amicorum,
Typographi ac Bibliopolarum hor-
tatu qualescunq; etiam illæ sint, in
publicum edimus: nam facimus pro
nostris facultatibus moenia, planeq;
quod à veteri sapiente Poëta scri-
ptum est, οἷον ἐμὲς οἷον ὑπάγχεσ, τῶν
καὶ φέρω, cum mola etiam falsa li-
tent, qui thura non habent. Ac peti-
mus à viris bonis & eruditis & stu-
diosi iuuentute, vt tantisper eas pa-
gellas rudes placidè ferant, donec
fit qui meliores, commodiores & v-
tiliores discantibus edat.

Ac fortè eruditiores aliqui exci-
tabuntur ad eruditorem & pleni-
orem tractationem omnium eorum,
quæ in his nostris pagellis rudi qua-
dam & agresti σκιογραφία adumbrata
sunt & delineata. Ac quantum hic
præstare, & quàm egregiam hic ope-
ram nauare possint viri reuerendissi-
mi ac omni doctrina ornatissimi Io-
annes

PRÆFATIO.

Ioannes Guilielmus Stuckius, *πολυῖσως* ille *δαυμάσιος*; & Henricus Buntingus, Doctor verbi diuini in ducatu Brunsvicensi, docent alterius Commentarij luculenti, eruditi ac varij in Periplun ponti Euxini, & maris Rubri Arriani Philosophi Græci, & historici, & scriptoris eorum, quæ Alexander ille Magnus fecisse præclare & sapienter dixisse dicitur: Alterius verò Itinerarium Ecclesiasticum, quibus duobus vtriusq; libris ac scriptis in hoc genere, mea quidem opinione & sententia, nihil existat elegantius & eruditius.

Et sunt multi alij præstantes viri, quibus & ingenij, & doctrinæ, & locij plus est, quam nobis distractis multis mille modis, & studiorum & laborum difficilium & molestorum varietate, adeò vt rarissimè ad vnam semihorulam vni alicui rei continuo vacare queamus, qui ipsi etiam hic gregium aliquid cum laude nominis sui sempiterna nauare possent. Id verò

Ioannes
Guilielmus
Stuckius.
Henricus
Buntingus
Polyistores
admirandi.

Itinerarium
Ecclesiasti-
cum.

PRÆFATIO.

verò ne grauatè faciant qui possunt,
 vt quamprimùm nostræ cartæ pue-
 riles è manibus omnium excutian-
 tur, & melioribus, commodioribus
 ac vtilioribus substitutis, è homi-
 num memoria sempiterna tollan-
 tur, peto ab illis studiosissimè.

Principum
 ac nobilium
 filij ferè e-
 quitare tan-
 tum optimè
 discunt.

Vobis autem, nobilissimi ac præ-
 stantissimi iuuenes, illam nostram o-
 pellulam & vestro nomini inscribo,
 quia non animum abhorrentem à
 literis & Musis, quod ferè vulgus
 nobilium vestri ordinis hominum
 facere consuevit, geritis, neq; tan-
 tum equitare optimè discitis, quod
 Carneades sapiens ille Philosophus
 apud sapientissimum Plutarchum,
 de nobilium ac Principum liberis,
 dicitare solebat, eos nihil quàm e-
 quitare melius discere, ἄλλο οὐδὲν εὐκ-
 κάλως μαθητέον, ἢ τὸ ἵππικόν μόνον, quod
 equus videlicet minus illis, quàm
 Parentes, Præceptores & inspecto-
 res indulgeat, eosq; attentos hic ve-
 inuitos faciat, ne si negligentes, v-
 ferè

PRÆFATIO.

ferè alibi solent esse, hîc quoq; fuerint, subito iaceat in Dectis / qui modo Xeuter erat, secundum id, quod nobilis quidam Germaniæ Poëta de malo equite aliquando fecit, sed multò magis, quod quidem præcipuè necessarium erat, solumq; ac vnum, vt optima pars, diligendû, de consilio nobilissimi, laudatissimi, doctissimi atque sapientissimi vestri patris, ante omnia discitis magno studio neq; minore successu pietatem & literas, quæ duo coniuncta sola hominem beatum, nobilem atque illustrem efficere possunt, & extollere ad dignitates & honores euehere altissimos solent, ac illa ratione thesaurum vobis acquiritis & comparatis possidendum, cuius generis similem neq; pater vester celeberrimus comparare aut relinquere vllum potest, quantumuis etiam vobis magnas opes relinquat, Midæ opibus Cræsiq; diuitijs nobiliorem, potiore atq; pretiosiore. Quæ res

Quæ res
præcipuè
nobilitent
hominem.

P R Æ F A T I O.

res vt patrem vestrum ornatissimum
 iustulit ad honores, quibus fungitur
 apud magnos & illustres Principes,
 amplissimos, ita vos quoq; si, quo-
 modo cœpistis, studiavestra felicissi-
 mē cœpta ad finem optatum perdu-
 cere contenderitis, literæ proue-
 hent, vt conspicui sitis aliquando
 exemplo patris vestri summi viri di-
 gnitate, consilio sapiente, autorita-
 te, opibus atq; potentia, cū nul-
 lum ad illam rem adiuventum, viro
 præsertim nobili, & decus maius at-
 que præclarior sit, nihilq; sit, quod
 celerius in aulis magnorum Princi-
 pum extollat, dignitatibus & hono-
 ribus ornet, & adaugeat viros nobi-
 les, quàm ante alios sui ordinis no-
 biles gregarios doctrina antecelle-
 re, sapientia & eloquentia.

Quæ cum non aliunde melius &
 rectius petantur, quàm ex doctrina,
 quæ literis humanioribus est com-
 prehensa (exosâ tamen ferè vestra-
 tibus vel illo etiam nomine, quod
 non

P R Æ F A T I O .

non opibus, non maiorum imagini-
bus, sed studio, labore indefesso at-
que discendi voluntate serua atq; as-
sidua comparetur, quæ fugimus ple-
riq; omnes, cum omnes à labore
procliuus sumus ad libidinem, quod
sapiens Comicus, propria experien-
tia edoctus verè & sapienter scripsit)

Alphonsus Rex ille sapientissimus
& literatissimus Arragonum, ac pro-
pterea non sine causa illo nomine
celebratissimus, quomodo de sapi-
enter, eruditè, ingeniosè ac præcla-
rè multis eius factis, cogitatis & di-
ctis exstant magnorum virorum iu-
cundi lectu ac erudita varietate con-
diti Commentarij, cum cognouisset
nobilem in aula sua illiteratum ac
propterea literarum & literatorum
hostem, vt suam insulsam inscitiam
excusaret, velaret & ornaret dixisse:

non decere nobilem & Principem
virum literas, verè atq; sapienter re-
spondit: Eam vocem bouis non ho-
minis esse, ne dum nobilis viri de-

Alphonsus,
Rex Arra-
gonum lite-
ratissimus.

Vox non
decere no-
bilem lite-
ras impro-
bata.

b for-

P R Æ F A T I O.

Princeps
nobilis in-
doctus simi-
lis aſino co-
ronato.

Mortui o-
ptimi confi-
liarij.

Symbolum
doctrina ac
virtute no-
biliffimi
Franciſci à
Domb-
dorff.

formantis ſe & ſuam aulam, quam
eſſe volebat Gymnaſium atq; Scho-
lam pietatis, doctrinæ, ac omnis
modestia, ac ſapientia, ac nobilem
Principemq; indoctum ſimilem eſſe
aſino coronato, & mortuos eſſe opti-
mos conſiliarios, ex libris videlicet
veterum ſapientum & literis peti do-
ctrinam, ſapientiam & conſilia ho-
neſta & ſalutaria, ſine quibus neq;
nobiles verè ſint nobiles, neq; im-
peria atq; reſpublica conſiſtere ſine
illis poſſint, neq; veram nobilitatem
conſiſtere in maiorum titulis, ſtem-
matis atq; imaginibus, ſed in doctri-
na erudita, virtute atq; ſapientia,
quomodo verè & ſapienter ſcripſi-
ſet Poëta vetus & ſapientis, vbi inquit:

*Et genus & proavos, & qua non fecimus ipſi
Vix ea noſtra puto.*

Illis verſibus tanquam ſymbolo uti-
tur pietate, doctrina omnigena, in-
genio, memoria ſtupenda, ſapientia,
eloquentia, amore literarum & om-
nium, qui literas magnificere exiſti-
man-

P R Æ F A T I O.

mantur, amicus maximus, ducis Electoris Palatini minister atq; consiliarius, nostri semper studiosissimus atq; cupidissimus, Franciscus à Dombsdorff, adeò vt etiam in fronte singulorum eius librorum præscripti legantur: quorum tamen in Bibliotheca sua instructissima in omni doctrinarum ac linguarum genere numerum immensum possidet.

Ac cum antè annos non ita multos Princeps quispiam literatissimus & eloquentiæ Ciceronianæ callentissimus & studiosissimus adduceret ad Academiam filium Principem, ac altero mox die ipse quoq; ad auditorium & lectorium publicum adduceret eundem, ac tunc in illa celebri Academia Præceptor celebris in explicatione Chronicorum siue ponte, siue occasione sic ferente celebratas illas Alphonsi voces Scholasticis commendaret & recitaret, pater Princeps illustris & eruditus, hac de causa præstans inter cæte-

Bibliotheca
Francisci à
Dombs-
dorff.

PRÆFATIO.

ros Germaniæ Principes, filium
Principem gestu, vultu, atq; nutu vi-
sus est admonere, vt has voces sapi-
entissimi Principis atq; Regis, ani-
mo atq; cogitatione complexus per-
ficere studeret, discendo pietatem &
litteras, ne asinus aureo vellere vesti-
tus, sed locupletatus & ornatus, no-
bilitatus & illustrior factus pietate,
doctrina omnigena atq; sapientia
domum ad parentes illustres reuer-
teretur, factus id, quod de veterum
Græcorum atq; Romanorum nobi-
libus atq; patricijs viris, qui non mo-
dò laude rerum bellicarum, sed eti-
am doctrinarum studijs excellere &
nobilitati esse studuerunt, apud ve-
terem probatum ac sapientem Græ-
cum scriptorem, ex Archilochi, ve-
teris & sapientis Poëtæ, carmine
quodam refertur, his verbis :

Veteres
Græci atq;
Romani
Principes
pleriq; lite-
rati fuerunt.

Ἀμφότερον δ' ἑάπων μὲν ἀναλίσσοιο θεοῖο
ἠρώμεσ' ἄμ' ἐξατάμ' ὁ ὄρον ἰώσις ἀμυνθ.

Volui autem etiam illo nomine
libellum illum cum mentione vestri
nomi.

PRÆFATIO.

nominis honorifica exire, quòd de
 Præceptoris vestri sermonibus co-
 gnouissem, spontè vos rapi ad lecti-
 onem veterum ac recentium histo-
 riarum, ac vltro nonnunquam quan-
 dam partem expositionis historicae
 vtilis ac eruditæ latina oratione ex-
 positam reddere, & quidem tunc cū
 ferri vobis à studijs, & ociosis esse
 liceret, intuiti nimirum, vt alibi, hīc
 etiam in exemplum laudandum Pa-
 tris vestri, qui vt amans est omnis
 doctrinae, ita cum intelligat multarū
 rerum explicationem, etiam in foro
 & omni vita, peti ex historia vetere
 Græca, Romana atq; recente, lecti-
 onis historiarum omnium gentium,
 omnium ætatum atq; temporum,
 præsertim si illæ methodo plana atq;
 expedita sint traditæ, adeò studiosus
 est & amans, vt diebus superioribus
 cum ad nos Ilfeldam accessisset vnò
 cum nobilissimo genere, virtute, do-
 ctrina, ingenio, sapientia, eloquen-
 tia, iurium cognitione, dignitate

b 3

atq;

PRÆFATIO.

Ericus à
Perlips no-
bilis doctri-
næ literatæ
ac sapientiæ
nomine ce-
lebris.

Chronicon
Neandri.

atq; honoribus præstantissimo Dn.
Erico à Perlips, Ducis Electoris Sa-
xonix consiliario, dicasterij Electro-
ralis supremo Iudice & Thuringiæ
supremo præfecto cum mādatis sui
Principis illustrissimi Ducis Saxonix
ad tractationem & explicationem
cuiusdam negotij, tametsi fere sem-
per essent vterq; occupatissimi vsq;
adeò, vt nullibi, quàm in prandio
aut coena respirare aliquantulum li-
ceret, ita tamen auidè & cupidè per-
legerunt quasdam cartas Chronici
nostri aridas & exiles, quæ tum for-
rè ex Officina Typographica mitte-
bantur, vt ab illarum lectione non
desisterent, nisi singulas ab initio vs-
que ad finem perlustratas percurrif-
sent, cum argumento ipso, tum et-
iam tota tractationis forma & ex-
positionis serie mirificè delectati.

Amat præterea nos hætenus
constanter Pater vester sapientissi-
mus, nobilissimus atq; doctissimus,
& studijs nostris mirum in modum dele-

PRÆFATIO.

delectatur, omnibus eaq; commen-
 dat, prædicat, excitat, & de singulis
 quæ pueris hæctenus χησιμα dicturi
 elaboramus, & in vsum horum pu-
 blici vsus facimus, honestissime exi-
 stimat, studium & operam nostram
 commendat, & è libellis quibusdam
 nostris vos suos carissimos & opti-
 mos filios pietatem, linguam Lati-
 nam, Græcam & morum præcepta
 discere iubet, hoc agens obnixè
 omniq; studio sedulo vt ἀξια γνέσσεως
 ευχλῶς καὶ πατέρες ἡμῶν ἐνδοκιμωτάτους
 φρονῆτε, vt sitis illi κατὰ θυμὸν πεπονη-
 μένοι, quod Hercules de Hyla suo di-
 lecto apud Poëtam sapientem lo-
 quitur, quem tum per Præceptores,
 tum etiam ipse πάντῃ διδάξει, πατέρες ὡ-
 σεί φιλομυθία, ὅσα μαθῶν ἀγαθὸς καὶ ἀοιδί-
 μος αὐτὸς ἔγγυτο, καὶ ὧς, quod Poëta
 mox ibidem subdit, ἐς ἀλίθινον ἀνδρῶν
 ἀποβαίη, idq; conatur perficere sedu-
 lo, vt tum alijs, tum verò vobis præ-
 cipue constet quod omnis in Asca-
 nio cari stet cura parentis.

PRÆFATIO.

De illa autem patris vestri præstantissimi in me mihi gratissima voluntate, delectari præterea me incredibiliter studijs vestris, & lætari immortaliter, quòd tales sitis, quales prædicamini *ὅτι δ' οὐκ ἔπ' ἄριστοι, ἀλλὰ εἶναι δέλοντες*, gratulari etiam patri laudatissimo de tam præclara indole filijs ad omnia excellentia natis, rectè & honestè educatis & in omni literata doctrina eruditis, arctèq; sempèr & contentè habitis, publicum aliquod testimonium, tamen non magni momenti, sed tamen æternam significationem mei in vos amoris, studij atq; benevolentiaæ sempiternæ nostrum illum libellum vestro nomini inscriptum extare volui. Id verò vt sic & non aliter, quod est placidè, amanter atq; beneuolenter accipiaris, peto à vobis studiosissimè. Porrò etiam moneo, vt exempla vobis proponatis tum patris vestri, & quidem eius præcipuè, tum etiam veterum nobilium & equi.

P R Æ F A T I O.

& equitum Græcorum atq; Romanorum Periclis, Themistoclis, Demosthenis, & Romanorum Scipionum & Ciceronis. Eos quomodo euexerit literæ, ad quos honorum gradus extulerint, quanta cum laude Respublicas administrârint, copiosè præditum legitur à Græcis & Latinis doctis ac sapientibus scriptoribus. Mecenatis equitis Hetrusci, qui amicus fuisse dicitur omnium liberatorum eius ætatis atq; temporis, Virgij, Horatij, atq; aliorum sapientissimorum Poëtarum in aula Augusti Imperatoris propter literas tanta auctoritas fuit, quomodo Dion Cocceus, Græcus scriptor traditum reliquit, ut in illa aula Augusti potentissimi ac sapientissimi Imperatoris, ðpote Domini tunc totius ferè orbis domiti, principem locum tenret, ipsum Augustum quò veller, duceret, & absentis Imperatoris hunc in tanto imperio ipse solus, per longum tempus, ἐπι

Veteres
Græci atq;
Romani
nobiles literis euecti ad summum honorum fastigium.

Mecenatis auctoritas in aula Augusti Romani Imperatoris.

PRÆFATIO.

πολλὸν χρόνον, inquit Dion, aliquando teneret.

Reges aliquot Sarrenici in Regno Tunetano & Fessano Africae literati.

Ac de Muleasse Tunetano Rege, Muleamede etiam & Abdemeleco utroque; Fessano in Africa Rege, qui in prælio contra Selaftianum Lusitaniae Regem annis superioribus occubuit, quamuis barbaris Regibus & est stirpe Saracenicæ & barbara ortis, nihilominus tamen scribitur omni doctrina, & linguarum cognitione variarum, erulitarum & vulgariarum fuisse excultus & instructus, quod ipsi, quamuis barbari Reges, nihilominus existimarent regna neque administrari neque etiam retineri sine literis posse.

Cur autem existimem aliquid operæ & studij vobis quoque, ponendum in lectione huius nostri libelli, in quo & historica multa insunt, & rerum aliarum prætere, utilium & iucundarum non insuavis varietas, melius cognoscetis de sermonibus Patris vestri sapientissimi, in hoc quoque

P R Æ F A T I O.

quoque argumenti genere & totius mundi, omniumque gentium historia exercitatissimi, Præceptor etiam causas indicare nouerit. Ac nos quædam mox in initio de usu eius diximus, quo vos ornatissimi, nobilissimi ac præstantissimi omni virtute iuuenes remittimus, & nos vobis & Patri vestro doctrina multa, nobilitate, dignitate & autoritate nobilissimo & maximo commendamus.

Ac quod superest vnum nunc Deum omnibus precibus oramus, vt & vobis, qui optimi Patris optima & generosa estis soboles, & vestris studijs etiam deinceps benedicat, vt sic optatum finem in studijs feliciter ceptis aliquando consecuti, Deo multa grata, & hominibus proficua dicatis atque faciatis, decusque, ornamentum & columnen parentum dulcissimorum, cognatorum atque familiæ sempiternum fiat & sitis. Amen. Ex Ilfelda illustrium ac generoso-

PRÆFATIO.
rosorum Dominorum ac Comitum
à Stolberg. Anno reparatæ salutis
per Christum, 1582. in ipsis Iesu
Christi Filij Dei genethlijs.

V.

Studiofiss.

*Michael Neander So-
rauiensis, Rector veteris
Collegij Ilfeldici.*



CLA-

CLARISSIMO

DOCTRINA ET VIRTU-

TE VIRO, M. MICHAELO

Neandro, Antistiti & Rectori ῥογο-

τισηδῆς Ilfeldiani, in faucibus

Harcyniæ, amico suo

carissimo.

S. D.

Fateor nullam esse omnium di-
sciplinarum partem minus tali metho-
do explicatam, ut proponi adolescentibus
possit, quam $\nu\epsilon\omega\gamma\alpha\theta\iota\mu\acute{\alpha}\varsigma\ \mu\epsilon\lambda\ \chi\omega\theta\omicron\gamma\alpha\theta\iota\mu\acute{\alpha}\varsigma$
 $\mu\acute{\alpha}\varsigma\ \pi\epsilon\gamma\alpha\mu\alpha\tau\iota\acute{\alpha}\varsigma$. Sederò autòr Xylandro
post enulgatum Strabonis opus, ut Epito-
men aliquam accommodatam captui ado-
lescentiæ concinner, ex qua ideam totius
mundi complecti atq; effingere animo di-
scant: hoc enim versaturo in lectione histo-
riarum video admodum esse necessarium.
Me etsi conceperim animo ideam talem,
occupationes tamen eam non sinunt exprime-
re typis & scriptis. Quæ ad te missurus
sum, tenuia sunt: solam enim recentium
quarundam appellationum collationem tum
veteribus habent, è quibus quid sis volupta-
tis per-

tis percepturus nescio. Librum complectentem typos Chorographicos aeneis characteribus expressos, de quo ad te Lutherus noster scripsit, habeo ex dono illustrissimi Principis Electoris in mea Bibliotheca: Elegans omnino opus est, sed operam autem interdum meliores tabulas habuisse, quas secutus esset. Quinquaginta numero sunt tabulae uniuersae, magnitudine chartarum pares, sed alia alijs angustius contracta. Delectaberis opere ubi uideris: sed magno aestimari dicitur.

Ad Francofurtenses nundinas proximas adferetur nouus Strabo, quem transferens & restituit Xylander non infelix interpretatus & in Mathematicae disciplina multum uersatus & exercitatus: Nisi ad me gustum operis: nihil nisi meliores chartas desidero.

Eius generis cum hoc sit etiam quod tu desideras, curabo tibi describi quantum ad usus priuatos meos collegi: sed exculpta illa non sunt neque perfecta, sed uix inchoata & adumbrata.

Sæpe autem te huc ad nos ut excusa-
res rogavi: eris nobis tua & multorum
opinionè gratior hospes si veneris: atq; oc-
casiones veniendi multas tempus offeret,
quibus uteris neq; negliges, inuenies viros a-
d nos doctos in omni genere bonarum ar-
tium, & erga te optimè affectos. Bene vale.
3. Febr. Anno 1571.

Caspar Peucerus.

CLARISSIMO DO-
CTRINA, VIRTUTE ET
DIGNITATE VIRO, M. MI-
chaëlo Neandro, Præfuli & Rectori ꝑ
φθολυκείῃς, quod est Ilfeldæ ad
Harcyniam, amico tan-
quam fratri.

S. D.

Æpè me admoneo ipsum pro-
missi de adumbratione quadam tabula-
rum Gaographicarum, qua accommodata
centibus descriptionibus, & cum vete-
ribus collata, seruiant vsui legentium hi-
storias: sed quid prius aut ordiar, aut
grediar in tanta mole & varietate oc-
cupationum, præsertim tam diuturno
morbo

morbo penè prostratis ingenij viribus non
reperio: Quandoq; dum ad quas me opera
conuertam dubito, desperatione omnia ex
manibus abijcio. Nuper admodum ad Chro-
nici pertexcendi laborem redij, quam vehe-
menter cupio absoluere, ut de multis & ma-
ximis rebus posteritas cognoscat veras hi-
storias: Causas enim veras plurimarum
mutationum & maximorum moruum stu-
dij magna cura peruestigare: sed & hi-
mibi labor sapissimè interrumpitur, & a
omnia seignorem me reddunt cura de publi-
co rerum statu, quem nutare ac precipi-
tem minitari ruina[m] video. Dabis itaq;
veniam mihi si tardiùs prosequor quod citò
confecturum me receperam: Non tamen
immemor promissi ero, & si concessum mihi
ocium non fuerit, alios instruam, qui in hoc
opus incumbant, in quo elaborando poste-
sumam aliquid temporis & opera. Bene &
feliciter vale.

Caspar Peucerus

D. M. M.

D. M. Micaëlo Neandro.

S. D.

*Magnam tibi habeo gratiam, quod
imperrari abs te locum intercessione mea
schola tua huic adolescenti passus es,
nem nunc coram sistimus & commenda-
us: Ex eo de meis aliquid cognesces:
ed te unice & mirifice desidero multis
agnis de causis: quare si ullo modo po-
es da operam me ut inuisas. Fortasse
tineris huius te non poenitebit, & coram
le tuo etiam consilio tecum potero copio-
us & rectius. Literis nihil agitur aut
peditur hoc tempore, si in patriam co-
itas vix unius diei itinere a directa via
esset. Ad Geographica libri requi-
untur, quibus hic destitutor, & plurimum
ostum est in accurata peruestigatione,
cumve teribus Geographijs collatione
Asia recentis, qua satis nunc populosa
m colonis veteribus nomina prorsus
utavit. Ego tracto Medica & histori-
quantum concedit valetudo. Bene &
liciter vale.*

c Clarif-

Clarissimo doctrina, viri
tute & dignitate viro, M. Micaëlo
Neandro, Rectori & Præsuli Ὶ
φρονήσεως ἰατρικῆς, amico
suo tanquam fratri,

S. D.

Reddidit mihi literas tuas Augustinus Hildesius, quem & propter tuam commendationem, & propter agnatum Hippolytum, quo cum mihi egregia amicitia intercedit, libentissimè quibus poterō officijs iuuabo & ornabo: Nihil enim non est quod non cupiam tua causa facere. Sed ad labores magnos adhuc sum desco: Tertium enim iam decumbo huius meo infelici climate: ita exhaustus & enervatus viribus, ut vix insistam pedibus. Cogito de mutando aëre, meq; in patriam transferendo in dies aliquot. Fortasse proderit illa mihi migratio, si patriam aërem hausero: Inde reuersus, mediocriter me recollegero, repetam operas inermiffas. Tum verò precipue de Chronicis pertexendis & de Geographi

in hoc libello instituendo cogitabo. Intra
nos menses extra domum meam visus
in nemini, & tamen lecto affixum ac
ix agrè spirantem publica cura & la-
res publici exercere non destiterunt:
ad malo publicis immori, quàm privatis
tecum valdè cuperem loqui, cumq; occa-
o istuc exspatiandi nulla mihi, quod
iam, nunc detur, nisi fortasse rursus ex-
cundar ad inspectionem tibi vicina scho-
e, velim te semel nos inuisere. Gratissi-
us omninò nobis omnibus futurus es ho-
es. Benè & feliciter vale. 4. Nouem.
Anno 1573.

Caspar Peucerus,

Viro clarissimo, pietate &
omni doctrina præstantissimo, D.
M. Michaëli Neandro, amico
suo honorando.

S. D.

Frustra te hoc mercatu expectavi, sed
acilè credo non id ferre occupationes tuas
t diu absis: si aduenisses fuisset de us,
e 2 que

qua scripsisti coram tecum collocaturus.
Quid enim literis effici potest?

De editionibus autem tuis non est
quod consilium inquiras. meum: ego iam
ipsas videre & legere cupio, pergas tu in-
uare studia discipulorum & de posteritate
bene praclareq; mereri. Apud N., quibus
tibi prodesse mea possint litera non intelli-
go. Tua te virtus, pietas, labores, merita,
excellens doctrina peruulgata in orbem
Christianum, fama, satis commendant,
tamen existimaueris scribendum esse, satis
faciam tuae voluntati.

Geographica, cum ad eam rem multa
me deficiant, aggredi nondum possum
& ea, quae praemanibus habeo non libenter
depono: sed si mihi Deus tantum ocy de-
derit, voto satisfaciam tuo, & ad te cum
inscriptione tui nominis libellum mittam
ut exstet ad posteritatem testimonium no-
strae amicitiae, & mei de te iudicij perpe-
tui. Interea vero schola tua precibus me
commendo, quas scio serias esse magistrum
sui exemplo, &c. Bene vale.

T.

Peucerus.

DO

DOCTISSIMO ATQVE

præclarissimo viro, D.M. Michaëli
Neandro Rectori Ilfeldensi meriti-
tissimo domino & amico suo
semper amando.

S. D.

REddita, mihi sunt, vir præclarissi-
me, litera tua humanitatis plenissi-
ma, una cum discipulorum tuorum
operibus, ex ea schola, atq; ab is, qui in
aetate nunc non exigua cum laude, profe-
ctis, qua non solum magna cum delecta-
tione ipse vidi & perlegi, sed & tanquam
exemplum meorum filiorum Pedagogo,
atq; illud ipsis tradidi, & quatenus erit
possibile imitandum proposui. Proinde
non solum tibi, qui tam feliciter tuorum
discipulorum ingenia excites, sed & pia
inuentuti, totiusq; Germania Ecclesijs &
Rebus publicis gratulor, præsertim verò
huic patria nostra, quod tu tanquam or-
ganum salutare, atq; moderator pietatis
atq; literarum industrius ac felix nobis in
his locis ad Bruëterum & Herciniam si-
tis diuinitus contigeris.

Pro quo etiam summo munere Deo
optimo maximo ingentes gratias ago, at-
que vicissim polliceor, si in quacunq; re te
tuosq; tuamq; scholam eiusq; alumnos in-
uare poterò, me ad id semper ac perpetuo
fore paratissimum.

Vnde non opus fuit multis à me preci-
bus hoc contendere, quod ego in causa vtrin-
que nota prestare possum, habes enim me
tibi cum propter insignes ingenij dotes, am-
plissimasq; tuas virtutes, quibus omnibus
tu libenter inseruis, me quoq; tibi omni of-
ficiorum genere semper deuotissimum,
vale. Dabatur raptim ex Heygemoda 4.
Idus Octobris, Anno 1575.

T.

Henricus à Bila
I. V. D.

Viro

Viro in omni disciplina-
rum genere præclarissimo &
doctissimo, Domino Michaëli Nean-
dro, Rectori scholæ Ilfeldensis di-
gnissimo, Domino & amico
suo studiose semper
colendo.

S. D.

*Redditus est mihi liber tuus Geo-
graphicus, vir in omni disciplinarum ge-
nere præclarissime, ex quo tuas non modo
profektiones, sed diligentissimas locorum,
personarum, temporum, atq; eorundem
quoq; locorum maximè insignium, & no-
tatu dignissimorum notaciones descriptas
cum magna animi delectatione eognoui,
atq; prædicavi, qui simul mecum con-
vicuere omnes, intentiq; ora tenebant. Ne-
que dubitauimus quin totum latumq; or-
bem discurrendo multum tu sis, & terra
actatus & alto vi superum.*

*Neg; volui committere quin etiam
post; te eademq; loca inuiserem & perlus-
trarem, & quæ scitu dignissima essent co-
gnosca-*

gnoscerem. Inde per octiduuni migrando
simul totum istum orbem percurri, atque
omnia, qua tu perlustrasti, diligenter ipse
quoq, intuitus perlustravi.

Habeo igitur tibi summas atq, maxi-
mas gratias, pro hoc tuo honestissimo, u-
tilissimo, nec non iucundissimo labore, &
quod hoc ipso filiorum meorum scholu-
lam domesticam cohonestare dignatus
fueris. Ipsi quoq, & ego etiam tibi tuisq,
pro hoc beneficio perpetuo erimus gratissi-
mi, & quam primum tibi munusculum
aliquod, et si huic tuo nullo modo respon-
dere possit, pro significatione tamen animi
nostri grati, conficiemus.

Gratias quoq, habeo, pro transmissis
mihi Chronici tui retexti & locupletati
aliquot pagellis. Et rogo ne hoc ipso tuo
labore tam utili quam necessario perfici-
endo nos longius detineas, quia hoc ipso pio
tuo merito dignas ubiq, laudes tibi para-
ueris, & me meosq, tibi semper ac perpe-
tuo vicissim omni officiorum genere deuoti-
tissimos habebis.

Quo

Quod superest, quàm diutissimè ac
etissimè vale, & me meosq; liberos tuos
uosq; discipulos, & tuè amantissimos a-
care perge, ac tibi re commendatos habe.
Ex castro *Marris*.

T.

Heinricus à Bila I. V. D.

REVERENDO ET CLA-
rissimo Domino Michaéli Neandro
Abbati Ilfeldico, domino &
amico charo.

Litera tua initio Ianuarij data, clare
Neander, s. primum Martij curso-
re diu Dresae impedito ad me sunt
delata, eo etiam tempore quo princeps & e-
ro iter Francofurtum adornabamus, ubi
mundinās nunquam adhuc ille inspexit. Bre-
vibus itaq; ut alias meus ferè mos est, qui
mihi fermè nunc fit heeticus, respondeo.

Solicitus eram de tua valetudine quod
tam diu nihil scripseras; in melius tamen
interpretabar, quod Thalius nullius ma-
i, cum alias de te mirè neq; immeritò sit
solicitus, meminisset. Atq; nunc gaudeo

e s

te eccles

te ecclesia, scholis, tibi, tuisq³, mihiq³ etiam
incolumem viuere.

In bibliotheca Electorali vidi ali-
quot, non puto tamen ultra 9. aut 10. li-
bros Arabicos, quanquam dicebant tum
Schonauensem aliquos accepisse, ut conuer-
teret (quales vero aut quot nescio) interq³
eos fortè est epistola illa ad Galatas, vni
& Iunius Acta Apostolorum inde olim
conuertit. Ita certi nihil à me praesertim
iam ibi absente cognoscere poteris.

Tibi profecto nimis molestus sum pe-
tendo, & tu liberalis nimis. Ago tamen
tibi maximas gratias pro libellis missis,
iamq³ me omnes habere puto, quorum con-
siliium tuum mentione facit, praeter Phy-
sicen, quam nondum puto editam. Enite-
ris autem ut eam quoq³ nobis exhibeas.

Initium libelli Geographici non tan-
tum mihi, sed & domino Cancellario, qui
heri ferè totum euoluit, placet mihi vero
inprimis, nisi quod nimium me laudat.
Non enim meritum est meum.

Quod cupis aliquid addi à me conscri-
ptum editioni alteri Chronici tui, scis
quales

uales sint descriptiones mee, nimirum ex-
temporanea, quas tamen vix suffuror na-
cys aulicis, in quibus quo sum adhuc
ersatus mihi, eo maiori temporis spacio
occupant, & indies magis agnosco te-
nitatem meam in utroq^{ue}, literato nimi-
um & aulico negotio.

Viri nostri docti descriptiones tuas, &
maximos labores suspiciunt, & maximi
ciunt, & mirantur tantum ocy tibi re-
qui in talibus molestijs, & optarent cui-
bet nostrorum monasteriorum talem Ab-
tem & Rectorem. Feliciter vale, 27.
Martij. Anno 1583.

Franciscus à Dombisdorph.
(nobilis VVestphalus, mi-
nister aliquando aulæ Ele-
ctoris Palatini, modò ve-
rò præfectus, & magister
aulæ illustris. Principis
Friderici Bipontini.)

IOAN-

IOANNES LVNDORPIVS
 Rector pietatis ac literarum in im-
 periali Gelhusa.

Ὅσσα κέριξ κόσμος πλυχανδ' ἴς ἀμφιθαλάτῃον
 κύκλῳ ἔχει. δ' ἔλτω ἔθ' δ' ἐβραχῆ ἡράφει).
 ὄρνεά κ' ἐσι νέον σοφός δ' ἔπεπόκησι ΝΕΑΝΔΡΟΣ,
 π' ἔλιθ' αἰ' δεόθ' ἐμ νῆρ κ' ἑλισά μιν ἔθ'.
 ἔνθα ῥόθ' πόντα μεγακητέθ' : ἐνθ' ἀλιπλῆγες
 νῆσοι : αἰγιαλοὶ ἔνθα καὶ εὐνῆρα καλοὶ :
 ἔνθα πολυαυθόρον ἀνθρώπων ἦθεα, ἠδ' ἐ
 ἄσια : ἐνθ' ὄρειων ἀκροκόμων κορσφαί :
 καὶ ποταμῶν, καὶ ἀενάων καλὰ ζεύματα πηγῶν,
 ἔρπετα καὶ ζώων καὶ πετέενα γλῆκ :
 κνώδ' αὐθ' ὅσα πρὸς ἠπείρ' ἔξ' ἔφθ, ἠδ' ἐθάλασσα :
 ἄλλ' ἄτε παντοίω χηρῶ πρὸς ἰδ' μουσῶν.
 πλαντοσῶν ἡρέτι χερῶ, τὰ γὰρ οἰκοθ' ἑάντα,
 ἐσι μαθῆρ τάντιω βίβλορ ἐλισομλῶσις.



Latin

Latinè.

Qua triplici gremio mundi circumfluit orbis
Continet, hoc dantur cuncta videnda libro:
Iuuenum studijs multa inclutus arte Neander
In lucem, aeterno dignus honore, dedit.
Hic pontus: varia hęc describitur insula ponti
Hic sua sunt multis nomina littoribus:
Hic mores hominum varij cernuntur, & vrbes:
Susplicere hęc montes & iuga celsa licet:
Hic fluuij, hic leni fluit antes murmure fontes,
Et volucrum varium reptiliumq; genus:
Atq; fera, aut tellus, aut quas alit aquoris vnda:
Atq; alia à studijs non aliena bonis.
ultiuago quid adhuc opus est errore? libellus
Cum breuis hac monstret cuncta videnda domi.



IN OR,

IN GÆOGRAPHIAM
IN ORBIS
TERRÆ PARTIVM
ENVMERATIONEM VIRI
CLARISSIMI,

Michaëlis Neandri Sorauienfis,

Præceptoris sui cariffimi, nec non omni
obferuantix studio colendi

Μέλιθ

IOANNIS VOLLANDI
GREVSSENATIS.

Ὅστις ἐεὐλόμουθ' ἔσοχοιδέθ' ἀκριτὰ γαίης
ἔθνεα, μυσάων Νιδάπων, ποταμῶν τε ῥέεθρα,
καλλιρόων ἑραθενά, καὶ ἄσπεα ποικιλόμορφα,
καὶ νήσους πόντοιο δυσπικχάεσ' ἀξυγέτοιο
ἴδ' ἄλλυ, ἐσαθεῆσαι τε σοφῶς βλεφάροισι νόοιο
ἡμεῖρεσ, ὅθ' ἄκόσμ' ἀπείριτ' ἔντες ἔεργα,
κόσμ' ὅρ' ἡπείροισι ἐπὶ ἕισθῆσι παλαιοὶ
ξυγγραφεὲς δ' ἄσσαντο Νεῶν ὑπὸ λυθικῶδι βελῆ:
δέλτορ ἐπασυτέρησι ὑπαὶ παλάμῃσι ἔλιπε
ἢ νέορ εἰλφέλδηθ' ὑπ' ἐσφάθ' ὤρυνθ' ἰκέδῃ
αὐδ' αἶε δ' ἔλαλέοιο πολυκμήτοισι ΝΕΑΝΔΡΟΥ.

Πολλοὶ μὲν καὶ πρότερ ὁμοίω ἦτορ οἶμορ
ἄνδρες ὠλισήμησι κεκασμῆσι ἔσοχορ ἄλλωρ,

οἱ γαίω

ἢ πᾶρϑ ἠώρησε μεγακλυτὸν οἶκον ἀνάκτων
 ῥώμῳ ἡμέσασα, ἰδὲ κλέϑρουσιν ἡκίμων
 αἰθέρϑ ἄρχις ἄρχει, ὀπίνικα δ' ἄρξος ἀκωνῆ
 ἀντολίῳ λιθίῳ τε κρηῖ ἑσσορίῳ ἐδ' ἀμασασα.
 ἦς ἔτι κοίρονίῳ μνηκωέμῳ ἕξοχορ ἄλλων
 ἠπείρων μεμαῶτες ἀγακλέες νῆες ἰβήρων,
 ἄρῃ νέῳ κόσμῳ πέλων γραφέεσι παλααοῖς.
 ἄγνωστον ῥοφρῶ μετὰ κύμασιν ἀμειψίτης
 τέτμορ, ἀφ' ὧρ νέϑου τ' ἐπωνυμίῳ φέρε κόσμῳ

ΑΣΙΣ ἔπαθ' ἔπετη πῆξιμήκετ' ἠώοισι
 πλιθομυλὴν λιθάκασιν ὀπίνικα πῶνοι μέτρῳ
 ὦρ ὄφελ' ἔρηκοῖσιν, ἀρώματα πικρὰ φύοντες,
 πωδλυπελῆς σακτῆ, σμῆρνη τ' ἔμμιωρ ἄγρῳ,
 κρηῖ ἕξοφ' ἄρξος βίης λίθων ἡρακαοῖο θυώδης.
 τῆ δ' ἐπὶ δ' ἡ ΛΙΒΥΗ ῥῶων τρῶφ' αἰολομῶσφορ
 ἠ πῆρῃ ἔρωμαῖεσι κεκαυμυλὴ ἀκτίνεσι
 ἐρυνυμυλ' ἔφαιθοντ' ἔθ' ἀφραδ' ἡμοῖο νόοιο
 παρῶς ἐδ' ἔσορ ἄρμα κρηῖ ὠκείας ἠλασιν ἰππῶς,
 οὐ μάλ' ὑπὸ ἀκωνῆ, νοτίῳ ἰδὲ πέλων ἔφλεξε.
 εἰδῖσας ἐπὶ τοῖσιν ὅσα μετὰ κύμασιν ὠόντες
 ἀμειψίτη γεγάσι πῆξιλέες ἀνδράσι νῆσοι.
 τάων δ' αὐτὴ μεγέθη τις ἠπείροχ' ἔπλετο μόνῃ
 ἠτε νέας κόσμοιο φερωνυμίῳ ἐλελόγησα.
 ἠρ ἔρηναιε γάοντες ἀμειδίεες ἀνδρες ἔχουσι,
 ἄρχοιο οὐκ εἰδῖσας εἴδ' εἰδῖσας οὐτε δέμισεσ
 ἐκ δ' ἰδῖος, οἷς οὐδ' αὐτὸς ἐγὼν οὐδ' ὄσις ἔταίρῳ
 ἀνδράσιν ἢ ὀτέως γε φίλῳ βίῳ ἐς ἐπὶ γαῖης.
 ἀνδρῶν γὰρ σφάξουσι πηθιλότα σώματ' ἀλοιφῆ

οὐς λ

C A R M E N .

ε λάχον εν πολέμω, πολέμω γέρας ἀργαλέοιο,
 φεα δὲ τμυθέντα βροτορρῶϊσκησι σιδήρεω
 σέλι τ' ἀπαύροντα διαφλόγας ἠφαιόσιο
 κλέες ἐκταυύσαντες ἢ ἀμφ' ὀβέλοισιν ἔπρασιν
 μέθ' ὑδάσι πέλων ἐν ἀνθεμόενυ λάσειν
 ἢ ὑπὸ νηίσαντες ὅπως ποτὶ δ' ἔπνορ ἔχουσι.
 ἢν δὲ κακὸς κτλιμὸς ἐδ' ἠφάγοι ἀνδρα δ' ἰώκη.
 κακὰ ταβρώσκοντες ὑπαι γλυύεσι διαφοινοῖς
 ἠδ' ἔρος ἀπολλυμύλοιο πεφυρμύλια γένατα λύθρα
 ἠνὸρ δ' ἀρδ' ἀπῆσαι, πρὶ σώμα δ' ὄσέα λυθκὰ
 μφὶς ὀδ' ἀκτάξουσι παρὰ βλήδ' ἰω κροτέρω,
 θυγολέω τ' ἰχῶρι περρῶϊν ἄντισι γλύφα.
 ταῦτα μὲν αἶνα πέλωρα πελώριθ' ἔξεφε νησθ
 κρέθ' ἐν πελάγεσι. τίδ' οὐκ ἔξουτο κερ ἀνῆς
 χι δ' εἰωρ ἀλέγων μακάρων ὅππιν θυχι δ' εἰμίσωρ.
 οἴμορ ἔχουε δ' ἔλτοιο: σὺ δ' ἠπιθ' ἀφοτέρησιν
 ἔμμα δ' εἰωρ αἴκη φιλομπαθεῖς ἀγλαοδ' ὄσωρ,
 μφαφῶωρ, ἀμογκτὶ δ' ὕσαντέα μέτρα κελεύθ
 τανύσθε, πλώσθε τε βαθυρρῶορ οἶδ' μα δ' αλάσθε
 ὅσθι δ' ἔσε: οὐκ γούρ ῥά φέθ' σοι κῆνθ' ἐφῆπῶε
 ἢ χολασάμυθ' μετὰ βένθεσιν ὠκισανόιο
 εἰς ἔλθερ σροροπῆσι δ' οὐν σοι νῆα κείαση,
 ἢ ἀλιπλάγκτοισι φέθ' ναυτῆσιν ὅπκδ' ἔθ,
 σιν ἢ πέρ κεφαλῆς κρέμετη πέρσεσ αἰερ ὀλέθρ
 κπέλαγθ' κρη τυθῶρ ἢ π' ἐκ δ' αὐάτοιο φέρουη:
 ὅσθιν ἀλκμοσῶωρ τε δ' ἢ ἠπίροιο πορείω
 κτελέσθε, σροφάλιγι μῆεσ ταχυδ' ἰνέθ' ὄσεσ,
 κλεπόρην, μτσῶρ ἀδ' ἰναῖς πῆρρῶ γεασιν ἐσθεβείσ,
 δ' ἰωρ, ὅθ' πολλὰ χ' ὀδ' οἰπορρῶσιν ὀδ' ἰταῖς

d

Δεξιμέα

IN GEOGRAPH. CARMEN.

Δρυμεία παρ μέμβλωκερ ἀνά τραφούλι τε κρηί ὑγρῶ
 δυδ' ἀρά μή κρηί νόσον ἐν ἄλλοδ' ἀποῆσι οὐλέσθες,
 πλαζόμενι Θ', πάντη γὰρ ἀνάεργοι ἀνδρες ἕασιν.
 κρηί τὸ τέλ' ὀδύγλιωρ ὑπ' ὀφρύσι κωνθὸν ἐλίωσιν
 Δευόσθες κρηί ποταμὸς τε κρηί ἀνδ' ἔσῳρ ποκίλα φῦλα
 ἤπθρον πόντον τε περικλύσθες ἰδὲ νῆσθες,
 ἡδ' ὄλα κάλλιμα κόσμ' ἔῳρ κη χῶματ' ἀγοσῶ.

Ad ripas Eliftri 6. Non. Maij.

Anno 1582.



AVTO-

AUTORES

ETERES ET RE-

CENTES, DE QUORUM

testimonijs Libellus Geogra-
phicus est contextus.

PHILOSOPHI GRÆCI.

Plato.

Xenophon.

Aristoteles.

Theophrastus.

LATINI.

Cicero.

Seneca.

RHETORES GRÆCI.

Socrates.

Demosthenes.

Aristides Adrianæus.

LATINI.

Cicero.

Quintilianus.

MEDICI.

Hippocrates.

Galenus.

d 2 HISTO-

NOMINA
HISTORICI GRÆCI.

Herodotus.
Thücydides.
Diodorus Siculus.
Dionysius Halicarnasseus.
Polybius.
Plutarchus.
Arrianus.
Antoninus Cæsar.
Herodianus.
Procopius.
Iosephus.
Philostratus.
Laërtius.
Zonaras.

LATINI.

Liuius.
Salustius.
L. Florus.
Suetonius.
Lampridius.

Mar-

A V T O R V M.

Marcellinus.

Ammianus Alexandrinus.

R E C E N T E S.

Blondus.

Maxo Grammaticus.

Helmboldus Presbyter.

Paulus Iouius.

Ioannes Goropius. (res.

Lerum Hispanicarum scripto-

Lerum Sicularum scriptores.

Ioannes Tilius.

Ioannes Tillius Actuarius.

Petrus Ramus.

Petrus Diuæus.

Stephanus Forcatulus.

Antonius Bonfinius.

Ioannes Cuspinianus.

Ioannes Auentinus.

Christianus Vrtisius.

Iacobus VVimphelingus.

Albertius Crantzius.

NOMINA

Henricus Bebelius,
 Huldericus Huttenus,
 Martinus Cromerus.
 Andreas Schotus.
 Hieronymus Turlerus.
 Petrus Bizarus.
 Hubertus Foliet.
 Bernhardus Saccus,
 Ioannes Balæus.
 Hector Boëtius,
 Hieronymus Osorius.
 Pantaleon Basiliensis.
 Zacharias Riuander,
 Silesiorum annales.
 Chronicon Liuoniæ.
 Chronicon Osnaburgense.
 Chronicon Mersburgense.
 GÆOGRAPHI GRÆCI.
 Strabo.
 Dionysius Afer.
 Eustathius Dionysij interpres.
 Ptolomæus.

A V T O R V M.

Stolomæus,
Strabonis Epitome,

H E B R. Æ I.

Beniamin Iudæus Hispanus,

L A T I N I.

Pomponius Mela,
Vadianus Melæ interpres,
Plinius.
Solinus,

R E C E N T E S.

Abrahamus Ortelius,
Raphaël Volaterranus.
Aeneas Syluius.
Dominicus Marius Niger.
Joachimus Vadianus.
Benedictus Arius Montanus.
Joannes Honterus,
Guilielmus Postellus.
Sebastianus Münsterus.
Benedictus Gordonius,
Belleforestus Gallus.

d 4 Andre-

NOMINA

Andreas Theuetus Gallus,
CHOROGRAPHI ET TO
POGRAPHI GRAECI.

Pausanias,
Stephanus,
Arrianus,

LATINI.

Cornelius Tacitus,
Interpretes Thaciti,
Bilibaldus Birckheymer.
Henricus Glareanus,
Andreas Althamer,
Iodocus VVillichius,

RECENTES.

Beatus Rhenanus,
Lazius Vienenfis,
Gerbelius Phorcensis,
Hubertus Goltzius Herbipo-
Albertus Crantzius. (lensis.)
Saxo Grammaticus,
Hector Boëtius,
Iacobus Zieglerus.

Ludo-

A V T O R V M.

Audouicus Guicciardinus.
Aulus Iouius.
Baro ab Herberstein.
Boghnatus Nozarenus.
Ceuinus Lemnius.
Crasmus Stella.
Theophrastus Paracelsus.
David Chytræus.
Iohannes Stuckius.
Bernhardus Möller Monaste-
ronradus Celtæ. (riensis.
Andolphus Collenutiûs.
Alexander Guanguinus Ve-
damianus à Goës. (ronensis.
Georgius VVernerus.
Leander Bononiensis.
Cyrriander Leandri interpretæ.
Henricus Bunting.
Iohannes Leo Africanus.
Iohannes Helfrich.
Franciscus Aluaretz Lusitanus.

NOMINA

Martinus Forbifferus, Anglu
 Benzo Mediolanensis.
 Thomas Freigius,
 Simon Grinæus.
 Leuinus Apollonius.
 Petrus Martyr.
 Leonhardus Turneuffer.
 Cadamustus Venetus.
 Christophorus Columbus,
 Iosephus Indus.
 Americus Vesputius,
 Vartomannus.
 Ludouicus Romanus.
 M. Paulus Venetus.
 Ferdinandus Cortesius.
 Maximilianus Transyluatus.
 Antonius Vrantius, (illustriū
 Tres tomi vrbium orbis terra
 Commentarius de Alpibus.
 Itinera varia Latina & Ger
 manica.

Libe

A V T O R V M.

iber continens Iapaniæ de-
pistolæ Indicæ. (scriptionem,
pistolæ Iapanicæ,
pistolæ Asiaticæ,
pistolæ Tartaricæ,

olumen rerum à societate Ie-
su in Oriente gestarum.

ibri aliquot continentes hi-
storiam stirpium & aro-
matum Indiæ Orientalis.

ibri aliquot continentes hi-
storiam stirpium & alia-
rum rerum Americæ siue
Indiæ Occidentalis.

PHILOLOGI GRÆCI.

thenæus.

elianus.

uidas.

ollux.

zetzes.

ntigonus.

Lucia-

NOMINA

Lūcianus.
Palæphatūs.

LATINI.

Gellius.
Macrobius.
Valerius Maximūs.

RECENTES.

Erasmus Roterodamus.
Ludouicus Viues.
Philippus Melanchthon.
Casparus Peucerus.
Gaudentius Marula.
Sornelius Gemma.
Georgius Pictorius.
Iosephus Quercetanus.

POETÆ GRÆCI.

Sibyllina oracula.
Apollinea oracula.
Orpheus.
Linus.
Homerus.

Hesio.

A V T O R V M.

Hesiodus.
Theophrastus Smyrnæus.
Apollonius Rhodius.
Callimachus.
Theocritus.
Andræus.
Sophocles.
Euripides.
Aristophanes, (grammaton.
Tolumen Græcorum, Epi-

L A T I N I.

Virgilius.
Horatius.
Lucretius.
Mucianus.
Milius.
Nepotianus.
Ovidius.
Petrus.
Suetonius.
Valerius Flaccus.
Vergilius.

Catul-

NOMINA

Catullus.
Tibullus.
Propertius.
Aulus Sabinus.

RECENTES.

Mantuanus.
Georgius Fabricius.
Nathan Chytræus.
Eobanus Hessus.
Conradus Celtes.
Iulius Scaliger.
Nicolaus Carnus.
Eustachius de Knobelsdorff.
Laurentius Rhodomannus.

POETARVM GRÆC
INTERPRETIS.

Homeri Scholiastes.
Eustathius Homeri interpres
celebris.
Pindari.
Lycophronis.

THEO


A V T O R V M.
T H E O L O G I E T P A -
T R E S G R A E C I .

blia.
emens Alexandrinus.
asilius.
azianzenus.
iphanius.
nrysoftomus.
sebius.
neodoretus.
neas Gazeus.


L A T I N I .

eronymus.
gustinus.
bertus Magnus.

c quidam alij autores hoc loco
non commemorati.



ORBIS



O R B I S

TERRÆ PARTIUM SVCCINCTA

commemoratio.



Uicem affert & perspicuitatem & facilitatem multis magis rebus in sacrorum librorum, historicorum veterum & recentium, & Poëtarum, omni-

q, aliorum auctorum lectione, in omni deniq, a, quæ multis aduinculis post lapsum indicat, cognitio situs locorum, terræ partium, regionum, terrarum, urbium & gentium, qua monumentariorum ferè instar est ubiq, in omni ueris scriptorum lectione & explicatione, dum imperitis eius rei obscuras & inuolutas, gnatis & scientibus planas, obuias & ex omni difficultate & obscuritate euolutas & erutas exhibet. Quod tum discentes, tum etiam ante omnia docentes iuuentutem in Scholis quotidie ferè non sine voluptate & discipulorum utilitate rificè experiuntur. Nam cum res gestas omnium temporum & gentium euoluimus, cognitione reuicem reteximus ac complectimur, velut oculis coram intueri, quasi in illa loca, in quibus

A

bis ad-

Cognitio
locorum
terræ utilis
multis modis.

1.

 panix mirabilibus libri 2 2.)

GALLIA.

Gallia Pomponio Mala scribente, terra Laus Gallix.
 nenti præcipue & pabuli ferax, & amena
 inmanibus. Exculta præterea hoc tempo-
 ribus, disciplinis, artibus, scholis, Acade-
 dicasterijs famosissimis, seorsim autem par-
 ento, quod iudicium summum est Camera
 alis Gallia, sed constans aliquot cameris di-
 ctis.

Parlamentū.
 regalis Câ-
 mera Gal-
 lix.

Eius partes sunt Aquitania, qua nunc est
 Louia, Turouia & Britannia. Vrbes insi-
 res sunt Burdegalia, Pictauiā, Bituris.

Partes seu
 regiunculæ
 Gallix.
 Aquitania.

Celtica siue Lugdunensis, qua etiam
 mandia, Francia, Burbonia & Auernia Celtica.
 occupatur.

Vrbs eius Lutetia, Paris, præstans Lutetia vrbs.
 vr omnes vrbes Europæ multis nominibus, sub-
 ijs etiam decem aded amplis vr horum alia
 are queant cum amplis vrribus Italia. Flu-
 mine

mine etiam Sequana Lutetiam in tres parti-
distinguenta. Eam urbem Eustachius de Kn-
belsdorff Prutenus his versibus predicauit :

Laus Pari-
siorum.

Deficiunt nunquam Cerealia munera turb-

Hic velut in cornu diuine cuncta fluunt. (1)

Quidquid auent oculi quidquid mens optat em-

Illecebra quidquid maximus orbis habet .

Quidquid enim tellus labor, ingeniumq; parau-

Huc velut in certum confluit omne penu.

Petrus Lom-
bardus Pari-
sienfis ma-
gister sen-
tentiarum.

Scholastica
Theologia.

Viri doctrina multa & varia literis & li-
quis eruditis, precipuis & varijs in Academ-
Parisiensi illustres docuere & florere Petri
Lombardus Episcopus Parisiensis, qui, quod
sententijs & testimonijs patrum explicatione
omnium capitum doctrine Ecclesie scripsisse
venerabili nomine Magister Sententiarum
gnominatus fuit. Eum cum commentar-
multi scriptores interpretarentur, & alij al-
capita aliter explicarent, & nouum genus do-
ctrina atque haec tenus inauditum in Ecclesia e-
ortum est, quod Scholastica Theologia dictum
fuit, mixtum e Philosophia & scriptura, Phi-
losophia quaedam Theologia, & secta atq; di-
sensionem inter Scholasticos doctores, sententia-
rios illos siue Lombardistas, cum sic tunc illi d-
cerentur, orta sunt, cum alij aliorum interpre-
tum expositionibus applaudent, alijs in de-
bijs & controuersis dictis locis & capitibus Sc-

tun-

alij Occam aut Thomam sequentibus, vnde Occistarum, Scotistarum ac Thomistarum nomina orta fuere. Et cum innumeri commentarios in suum sententiarum magistrum scribunt, singuli etiam ferè, quod fertur, qui gratiam in Theologia doctoris peterent, sententiarum libris ac commentarijs plerorumq, monasteriorum bibliotheca fuere repleta. Vixit autem Petrus Lombardus, quomodo Tritemius id anno, anno Christi 1140.

Origo Occistarum & Thomistarum. Vnde rot commentarij sententiarum.

Ioannes Gerson, Cancellarius Parisiensis theologus, qui concilio Constantiensi interfuit, Ioannes Hus cum socio constantissimo M. Jano Husa exureretur.

Ioannes Gerson.

Guilielmus Budaeus, Carolus Molinaeus, Andreas Tiraquellus, Iacobus Syluius, Guilielmus Postellus, Franciscus Vatablus, Adrianus de Obscurus, Dionysius Lambinus, Petrus Ramus, Iohannes Stephanus viri doctrina, sapientia atq, literis praestantissimi ac nobilissimi, & quilibet alij.

Viri celebres in Academia Parisiensi.

Geneua, Geniff / cuius ornamentum valde est Henricus Stephanus typographo omnium per Europam literatissimus ac ceteris, ac plurimis eruditis scriptis, libris atq, latinis seorsim autem volumine adhibendo, & stupendo thesauro graecae linguae aeternis occupatissimo immensiq, labore atq, studio

Geneua.

Thesaurus Graecae linguae Henrici Stephani.

PRIMA PARS

studio incredibile conscripto, de republica litera multo optime meritissimus.

Lugdunum. Lugdunum, Leon / Eam urbem pulcherrima opera illustrasse suo tempore scribit Seneca, ut singula illustrare vrbes singulis possent. Veruntamen eam tunc, quomodo Seneca scribit in Epistola ad liberalium civem Lugdunensem, vnius noctis incendium nihilominus totam stravit, ut vna scilicet nox interfuert ter urbem maximam & nullam, tanta incensio vis fuit & celeritas.

Irenæus Episcopus Lugdunensis. Eius vrbis Episcopus olim fuit Irenæus, graecus scriptor, cuius adhuc extant libri 5. contra impias ac pertentosas opiniones veterum hereticorum, ex graeco olim latini facti.

Belgicum. Belgica Germania contermina, & lingua Germanica sed corrupta ferè vtens. In Germanos Gallos olim expulisse Caesar scribit lib. 5. Commentariorum belli Gallici. Vnde etiam aliqui Belgicum cum suis regionibus non Gallia sed Germania attribuerunt, quomodo loco dicitur.

Belgicae partes. Partes eius sunt Lotbaringia, vastum regnum, Westreich / Geldria, Iuliacum, & Lich / Flandria, Normannia, Brabantia, Burgundia, Holandia, Selandia & Tyrolenses Erschlender.

Narbonensis vel Braccata Gallia. Narbonensis vel Braccata Gallia qua nunc Subaudia & Delphinatus Provincia & L.

augendoc dicitur. Vibs Tolosa nota veteris à templo opulento, de quo Strabo lib. 4.
 τολωσῆς ἱερῶν ἄγιον ὑμῶν ἡγοροσφόδρα
 ἦ ἡγοικωρ.

In mentione Tolosa solet recitari ex Aresto
 sano adolescentibus historia de Pseudomar-
 Gallo, quam Gilbertus cognatus Nozera-
 vir magnus, & literis meritisq; multis cla-
 paucis verbis multa complexus libro Sylva
 rationum 8. his verbis recitat, Anno Domini
 M. D. LIX. Quidam nomine Martinus
 erre, relicta vxore in militiam proficiscitur.
 so demum octauo post eum discessum an-
 quidam Arnauidus Tillus (sed sibi illius Mar-
 Guerre nomen asserens, quod ei omnibus oris
 amentis assimilis esset) ad illam cum venis-
 ab ea pro marito recipitur, quippe quem esse
 tinum Guerre non ipsa solum, sed quatuor
 us Martini sorores, aliq; nonnulli propinqui,
 um his amici viciniq; omnes persuasissimū
 erent.

Nam prater illam oris similitudinem, qua
 simum fretus hoc facinus aggrediebatur,
 cia omnia, qua à vero marito afferri pote-
 t, afferebat: & varia superioris temporis
 a dictaq; illi in memoriam reuocans, ad ar-
 os vsq; sermones ab illa & marito habitos
 prima in nuptiali thalamo vestigia pone-
 s, & ad alia quorum nox conscia sola est pro-
 gredie-

Historia
 Pseudomar-
 tini Galli.

PRIMA PARS

grediebatur (ea autem partim ex vero mari
 res. iuisse, cum quo illi ex commilitio summa
 mi caritas intercesserat partim magica artu
 xilio diuinasse creditus fuit) sed cum per
 annos cum illa consueuisset, duobus iam sus
 pectis ex ea liberis, quarto tandem inuente ar
 quum eius impostura suspitio mulieri oborta
 set, actioneq; in eum intendisset, in carcer
 conuicitur.

A iudice secundo damnatus, cum ad
 riam Tolosanam prouocasset, sic ad infini
 propemodum eius interrogationes respondit, et
 que probabilibus argumentis innocentiam
 am visus est tueri, praterquam quod tot e
 testes, aut circiter suo testimonio subleuaba
 quod erant ij, qui suo eundem testimonia p
 mebantur, ut vocatis ad calculum omni
 coniecturis, nec damnare illum, nec absolu
 curia Tolosana auderet. Hæstantibus in
 tam perplexa iudicibus, verus maritus Mar
 nus Guerre aduenit moxq; quam sibi factam
 iuriam, iudicibus exponit, eorumq; opem
 plorat. Verum ille alter suppositivus mari
 postquam cum hoc vero commissus fuit, tot e
 objectionibus oppugnare capit, ut aliquan
 suspensos sicut & antea iudices tenuerit: do
 tandem ille paulo post reditum ab vxore veni
 poscente agnitus nec non sororum aliorum

torum pallinodiam, canentium testimonijs
 probatus verus maritus, sua vxori sueq; do-
 redditur. Alteri autem sua in postura praem-
 m, domicilium in patibulo datur.

Massyilia Ionum Phocensium colonia He-
 roto, qui ibi graeca studia plantarunt, quo no-
 e à Cicerone valde laudatur oratione pro L.
 Varroni trilinguis nuncupata, quod gra-
 latinè & Gallicè loqueretur, verba Cice-
 rone sunt: Eius ego ciuitatis disciplinam atq;
 uitatem non solum graeciae, sed aut scio cun-
 gentibus anteponendam iure dicam. Quae
 procul à graecorum regionibus omnium di-
 uisim linguisq; diuisa, cum vltimis terris cincta
 gentium gentis Barbarae fluctibus, sic optima-
 consilio gubernetur, vt omnia eius instituta
 eius laudare possum, quam emulari.

Quibusdam Gallis Strabo lib. 4. tradit
 proprium esse, ἄσκησεν αὐτοὺς μὴ παχῆς
 μὴδὲ προγασσοῦσας, τῶν δ' ἐπιπέδων βαλ-
 λῶν τῶν νεῶν τὸ τῆς ζώνης μέτρον ζυ-
 γῆσαι.

Amnes in occidentem decurrentes Ligeris, Amnes
 Mosæ, in mare mediterraneum se ex- Gallia.
 eunt, Araris & Rhodanus celeberrimus Mele-
 ro & Marcellino inter tres Europa maxi-
 Danubium & Rhenum.

Massyilia.

Laus Massy-
 liae è Cice-
 rone.

Gallis qui-
 busdam
 proprium.

Rhenum

PRIMA PARS

Lacus Lemanus.

Rhodanus autem fluuius egressus altissimis
Valesia montes afficit maximum lacum, qui
olim Lemanum, hodiè verò ab adiacentibus
Losanna & Geneua. Losanensem, & Geneu-
sem appellant. In longitudine habet octo
nouem miliaria germanica, atq; in me-
patet in latum duobus aut fere tribus miliaribus.
A ripa habet Helueticorum terram amoeni-
mam, quam vulgò dicunt *Wax* vocant profert
vinum generosum, quod ripale seu riuale à
lacus illius vocatur.

Veterum
Gallorum
propria.

Pomponius de veteribus Gallis lib. 3. ij
Gentes superba, superstitiosa, aliquando etiam
immanes adeò vt hominem optimam & gra-
tissimam Dijs victimam crederent, manent ve-
gia feritatis iam abolitæ. Habent tamen &
cundiam suam, magistrorq; sapientia. Hi te-
mundiq; magnitudinem & formam, motus
ac siderum, & quid Dijs velint scire, profitentur.
Docent multa nobilissimos gentis clam & diu-
cenis, annis in specu, aut in abditis saltibus.
num ex ijs quod præcipuum in vulgus effluit,
delicet vt forent ad bella meliores, æternas
animas vitamq; alteram ad manes. Itaq; cum
mortuos cremant ac defodiant, erant qui se
rogos suorum velut vnâ victuri libenter in-
rent.

Sapientes
veterum
Gallorum.

(De rebus Gallicis multi scrip-
runt. Inter illos verò videtur præcipue
par

res obtinere Ioannes Tilius Aetua-
 in libris duobus commentario-
 & disquisitionum de rebus Galli-
 Extat etiam Petri Rami Professoris
 libris Philosophiæ omnis ac elo-
 quentiæ in Academia Parisiana liber
 moribus veterum Gallorum. Petri
 Rami præterea liber de Galliæ Belgi-
 antiquitatibus. De Gallorum verò
 perio & Philosophia libros 7. scri-
 valdè elegantes & eruditos Ste-
 nus Forcarulus Iuriconsultus, qui
 isijs in quarto excusi sunt.)

GERMANIA.

Germania, terra que multis nominibus nec
 a, nec Gallia, nec Hispania cedere debet, o-
 Cornelio Tacito in libro de moribus veterum
 manorum, in vniuersum aut syluis horrida,
 paludibus fœda, nunc verò Solino virorum
 & populis innumeris frequens.

Mannum autem Tuisconis filium primum
 manorum regem fuisse scribunt, vnde sa-
 sint in regis honorem ac perpetuam memo-
 Aleman / German / Landsman / Bie-
 man / Edelman / Bawersman / valdè e-
 maioribus nostris arriuerunt à Manno dedu-
 appellationes propter gentis conditorem &
 ntem.

Laus Ger-
 mania.

Mannus
 primus Rex
 Germaniæ.

D Tacitus

PRIMA PARS

Laus veterum Germanorum ex Tacito.

Tacitus, qui sub Vespasiano praeses Germaniae fuit, Germanos veteres laudat tum a copiose, tum etiam inter cetera his verbis: *ibi boni mores valent, quam alibi bona leguntur. Fortitudinem vero illorum breui ornat elogio. Nemo bellum Germanis intulit impune. Vnde Seneca: Romanis pax est usque ad Germanos. Rhythmi veteres noti sunt:*

Welcher im Krieg wil vnallich han/
Der fang es mit den Deutschen an

Ac iterum Tacitus: *Vita omnis in venationibus & studijs rei militaris consistit: à parvis duritiei ac labori student: qui diutissime puberes permansere maximam inter suos ferunt laudem, hoc alij staturam, alij vires, neruum confirmare putant: Qui quaque de causa ad venerint ab iniuria prohibent, sanctos habent, quibusq; omnium domus patent, victusq; communitur. Pudicitiam vero & castitatem genti idem celebravit: Soli barbarorum singulis viribus contenti sunt, & septa pudicitia agunt paucissima in tam numerosa gente adulteriorum quorum poena praesens & maritus permittitur. cisis criminibus nudata, coram propinquis exhibit domo maritus, ac per omnem vicum verberat. Publicata enim pudicitia nulla venia, forma, non aetate, non opibus maritum inuenit. Seta iuuenum Venus eorum inexhausta libertas: nec virgines festinantur, eadem iuuen-*

fin

proceritas, pares validaq; miscentur, ac
a parentum liberi referunt. Sua queng;
r vberibus alit, nec ancillis aut nutricibus
antur.

Quomodo verò in Rheno flumine Germa-
nos liberos recens natos probarint, Galenus
in lib. 1. de tuenda valetudine, & multi
scriptores. Philostratus etiam in Epistola
lam his verbis: κελυδες ποταμους (Rhe-
vodus ἀρετης ηορ κακιας ελεγχθ' εβρι
δεσατθ'. Et Nazianzenus in carminibus
acris:

Toi μηδ κειννοι γονορ βλωοιο βειθεοις.
Meminit etiam Nonnus Poeta Dionysia-
lib. 46.

Dividitur hac nostra atate in superiorem si-
rimam & altam, hoch Deutschland / &
riorem siue Bassam, nieder Deutschland.
rioris sunt: Bavaria, Austria, Stiria, Athe-
beria, Heluetia, Suevia, Alsatia à Mæno de-
dendo Moguntiacum vsq;.

inferiores sunt: Francia orientalis siue Fran-
a, Lotharingia, Brabantia, Flandria, Se-
lia, Holandia, Geldria, Frisia, VVestphalia,
Sia, Saxonia, Marchia, Dania, Pomerania,
ussia, Liuonia, Silësia, Moravia, Boëmia,
landia, Misnia, Thuringia à Mosella
ad Magnum Oceanum mare Balticum à
tentrione protensa, & versus ortum ad Li-
thuanos

Veteres
Germani
probant su-
os liberos
in Rheno
flumine.

Germania
duplex, su-
perior & in-
ferior.
Germania
superioris
regiones.
Germania
inferioris
regiones.

PRIMA PARS

thuanus vsq; pertinens, minus angusta vete
sed locupletata multarum gentium & terra
accessionibus, Heluetia videlicet, Rhetia, Ni
co, Austria, Stiria, Carnia, quæ & Carintia
Carniola, vt nunc non sine causa magna G
mania dicatur, celebris etiam inde, quod p
dentibus Herodoto & Agathia Græcis script
bus, Germani gens Persica olim inde in has c
delati sint sub Darij Histaspis Persici regis im
rio à Medis vicinis pulsi.

Germani
gens Persi-
ca.

REGIONES GERMANIA
OCCIDENTALES.

Regiones
Germaniæ
occidentales.

Regiones siue partes Germania occid
tales sunt Lotharingia & Vastum
gnum.

Louanium.

Brabantia, Vrbs Louanium, vrbs pulch
rima complexa intra muros areas latè pate
tes, prata, vineas, hortos, per quam medi
praterea fluius Dela labitur. In ea medicina
hac etate profititur Cornelius Gemma, cui
annis superioribus prodierunt libri 2. de natu
diuinis characterismis, seu raris & admiran
spectaculis, causis, indicijs, proprietatibus reu
in partibus singulis vniuersi.

Cornelij
Gemme
libri.

Antuerpia.

Antuerpia, emporium Europa nomin
tissimum, quomodo de eo copiose expositum est
Ludouico Guicciardino Florentino, in descript

Belgica, vbi etiam Iulij Scaligeri de Ant-
a versus tales leguntur:

da quot spectant oculo me torua sinistro, Laus Ant-
ot nos inuidia pallida tela perunt. (Roma. uerpix.
dunum omnigenum est, operosa Lutetia,
ngens res Venetum, vassa Tolosa potens.
imoda merces, artes priscaeq, noua^q,
Quorum insunt alijs singula, cuncta mihi.

Belgica etiam eruditè & copiosè descri-
r in Topographia Leonis Belgici siue descri-
ie Belgicae, quae auctore Michaelè Aizingero
umis tabulis, elegantibus exornata prodijt
onie in quarto charta maioris siue mediana
d dicitur.

Bruxella, Louanio par magnitudine, sed Bruxella.
ar edificiorum splendore, quo Louanium lon-
uperat, patria Vesalij celebratissimi anato- Vesalij ana-
i, cuius exstant de humani corporis fabrica tomia.
7. Is dum mense Aprili anno 64. in Cyprum
fectus reditum domum parat, & fluctibus
pestat eq, in Zazynthum Insulam applicat,
decumbere cepit, & paucos post dies in loco
erto, & in miserissimo tuguriolo inter barba- Vesalij
& agrestes homines omni humana ope desti- mors miser-
us è vita discessit: rima. -

— Sacras vbi Caesaris arces — Vidimus,
ribit Nathan Chytraeus in itinere Parisiensi)
adiunctosq, hortos muro vndiq, cinctos.

PRIMA PARS

Tam magno spacio vt syluas, & lustra ferarum
 Vitiferosq; vnà colles, fontesq; lacusq;
 Prataq; contineant, multas hic vndiq; Dam
 Capreolos, leporesq; leues, ceruosq; fugaces,
 Diuersi & generis volucres, plantasq; tenell.
 Cretensiq; nouum specimen videas, Labiryntum
 Hac olim magni moderator Carolus orbis
 Siue libens vixit: proceres hic vndiq; multo
 Confluxere olim, pacem auxiliūue petente.

Mechlinia,
 Leodium,
 Lüttich.

Mechlinia sita ad fines Brabantiae, si-
 & Leodium, Lüttich) vrbs imperialis, situ in
 piscopatu Leodiensi exstructa ad Mosam flu-
 um, qui per duo brachia in vrbem ipsam influ-
 & Insulas aliquot ab incolis habitatus efficit,
 vt ad hac tria alia flumina in ipsa vrbe in Mosam
 sam se exonerent, piscibus bonis foecunda singula,
 la, vrbe ad hac exornata hortis & vineis, Paradiseus
 Sacerdotum cognominata, deus Pfaffens
 Paradiseus) petrarcha nobilis Clero locus, qui
 solum fertilissimum frumento, vino & arborum
 omnis generis fructibus, & cunctis alijs, quae vtili-
 luptati & vtilitati hominum seruiunt, praestet,
 locum illum Sacerdotibus valde commodum fa-
 ciat, quorum alit maximum numerum, cum ha-
 beat Achte reiche Thumbstiffte) in quorum vrbe
 no, quod S. Lamberti dicitur, D. Georgij aurea
 sic satis magna statua est, è puro auro conflata
 donata ei à Carolo Burgundiae Principe, vt haec
 donatione condonationem omnis culpa à Deo im-
 petra

vet. Quatuor egregias Abbantias parochias
 Monachorum ac monialium monasteria
 ma, olim etiam aded clara literis & schola,
 od Guicciardinus Florentinus Italus in Bel-
 sua erudita & luculenta descriptione com-
 orauit, eodem tempore literis ibi operam de-
 nt, nouem regum, viginti quatuor Princi-
 , viginti & nouem Comitum, & plurimum
 inorum & Nobilium filij.

Mechlinia autem natus fuit Nicafius de Stupendum
 rda. Hic tametsi ab anno tertio atatis sua ingenium
 is captus, & ob id elementorum etiam lite- Nicafij
 m penitus ignarus fuisse, tamen nihilomi- Mechlini-
 in omni doctrina diuina & humana aded ensis.
 ecit, vt admirationi omnibus esset, & cum
 any gradum Magisterij accepisset, Scholis
 uandiu Mechlinia cum laude praesset, &
 any aliquanto post licentiam in Theologia
 ecutus, caecus quamuis, Euangelium tamen
 empla publicè docuerit, & cum posthaec
 dum Doctoris vtriusq; iuris in Academia
 onienfi accepisset, in Gymnasio Colonienfi
 licè iura cum stupore omnium docuit, atque
 as vtriusq; iuris, quos nunquam vidit & le-
 memoriter recitauit, donec ibidem morere-
 Anno 1492. Pantalon tom. 2. virorum
 strium.

Holandia. Vrbs Leida, patria Princi-
 Anabaptistarum Monasteriensium.

Ambstero-
damum
præcipuum
post Ant-
uerpiam
emporium.

Ambsterodamum, situm ad sinum quædam Oceani, unde derivati canales in ipsam urbem, naues in ipsam urbem recipiunt, quo quando simul eodem tempore & die ad portum e diuersis terrarum oris & regionibus trecentæ applicant, in palis in medijs aquis Venetiarum instar exstructa tanto sumptu, ut fundamenta fere plura constent adificantibus, quam ipsa edificia. post Antuerpiam præcipuum etiam Europæ emporium. Eam urbem Nicolaus Carnius vir eruditus & ciuis Ambsterodamus his versibus prædicauit :

Laus Amb-
sterodami.

Vrbs bene nota propè atq; procul distantibus oribus.
Dotibus innumeris suspicienda bonis.
Diues agri, diues pretiosa vestis & auri,
Ut pleno cornu copia longa beet. (vnu)
Quod Tagus, atq; Hermus vehit, & Pactolus,
Verè hunc congestum dixeris esse locum.

Roteroda-
mum.

Roterodamum, Magni Desiderij Emperatoris patriam.

Egmontium, Egmont.

Haga, pagus
Europæ
maximus.

Haga, pagus parens, pulcherrimus, maximus & opulentissimus totius Europæ, complexus supra bis mille domus, atque inter has aedificia quadam splendida. Vno dimidio miliari abest ab Haga Monasterium Monialium ordinis S. Bernhardi, vbi visitur sepulchrum comitis cum hac inscriptione: Illustris Domini Florentini comitis Hollandiæ filia, cuius mater fuit M
thild

filia Henrici, ducis Brabantia, fratrem Stupendum
 habuit Guilielmum Alemania Regem. & miracu-
 rasat a Domina Margareta, anno Salutis, lolum το-
 mo, ducentesimo, septuagesimo sexto, α- λυτικιας
 sua anno quadragesimo secundo, ipso die exemplum.
 ceues, hora 9. ante meridiem, peperit in-
 s viuos promiscui sexus numero 364. qui
 am per venerabilem Episcopum Dominum
 nem, suffraganeum, presentibus nonnul-
 ceuibus & magnatibus in pelui quadam
 smi Sacramentum percepissent, & mascu-
 nnes, foemellis vero nomen Elisabeth im-
 m fuisset, ipsorum omnium simul, cum
 s, anima ad Deum aternaliter victura re-
 it, corpora autem sub hoc saxo requiescunt.
 nerunt huius historiae prater Guicciardi-
 n descriptione Hollandiae Erasmus etiam Similia το-
 odamus, & Ludouicus Viues, ac sunt apud λυτικιας
 tum Magnum, Pictorium, Cornelium Gem- exempla v-
 , & alios similia τολυτικιας exempla. bi reperian-
 it autem Guicciardinus punitam fuisse tur.
 numerosa prole à Deo comitissam Marga- Linguae
 n, quod obiecisset cui dam honestae foemina, pro cacitas
 vno partu gemellos enixa fuerat, impossibile punita.
 geminos ab vno marito conceptos parere,
 odem tempore commertium cum altero ma-
 habuisset, imprecatam itaq, fuisse, vt tot
 aliquando pareret infantes, quod dies es-
 in anno.

D 5 Flan-

- Gandauum** Flandria. Vrbs Gandauum, & vna de maximis Europa vrbibus, similis Milano Italia, habens intra vrbes areas latè pates, ad morem magnarum olim & celeberrimum in Asia, Insulas etiam paruas viginti tatas, quas faciunt canales è fluminibus propinquis eò deriuoti. Abbatias opulentas bet quinque: Monasteria ac templa quinquaginta. Et complectitur in ambitu tria millia Germanica, ac abest à mari tantum inter quatuor milliarium.
- Brugæ.** Brugæ, vbi olim fuit mercatus Anticus, sicut Francofordicus olim in Moguntia vna fuisse dicitur.
- Groninga.** Frisia. Vrbs Groninga, patria Romæphi Agricola. summi viri.
- Frisia perit inundatione.** Münstero referente Frisia, Anno Christi 1230. inundatione maris penè tota submersa fuit, ad eò vt perierint tunc supra centum hominum millia.
- Burgundia altera Italia.** Burgundia, altera Italia situs, aëris animitate & salubritate. Vrbs Bisuntium.
- (Burgundiam descripsit & vrbs eius singulas Cognatus Nazarenus, doctissimus & notissimus, in publicis multis scriptis eruditissimis, quorum exstat maximus numerus. Inter cætera etiam cuncta opera Luciani à se Græcolatina cum annotationibus doctissimi

s in quatuor tomis in octavo Bassi-
dita.)

Burgundus fuit etiam Abbas Clareuellen-
Bernhardus, quem magnus Lutherus
er pietatem, fidem & zelum non dubitat
g, patribus tum Gracis, tum etiam Latinis
donere. Eius opera plena pietate & doctri-
folio magno in vno volumine excusa ha-
ur.

Selandia, complexa aliquot maris Insu-
quibus Levinus Lemnius lib. 4. cap. 2. de
ltis natura miraculis, vbi de Insulis Selan-
ac geutis eius natura, conditione, moribus,
tio, compendiosa ac diligens reperitur de-
tio. Indicatur etiam porro vnam de his In-
dici Taubelandiam, a columbarum in illo
enso numero.

Diuus Bern-
hardus Burg-
gundus.

Selandia.

Taubelandia.

PTENTRIONALES GER-
ANIAE REGIONES.

Septentrionales. Geldria. Vrbs Da-
uentria, celebris à Schola, in qua Erasimus
rodanus olim fundameta literarum didi-
ctria Ortuini Gratij, qui & Apologiam ad-
Reuchlinum olim scripsit, & collegit pra-
fasciculum rerum expetendarum ac fu-
darum, cui operi insunt summorum aliquot
um Epistola, libelli, tractatus, opuscula,
oratio-

Dauentria.

Ortuini
Gratij opus
insigne.

PRIMA PARS

orationes numero 60. in quibus multa caus
ligionis excutiuntur, opus protus insigne.

Campodu-
num.

Campodunum, Kampen, Abbati-
lebris & locuples.

Aquisgra-
num.

Clinia. Vrbs Aquisgranum im-
rialis, Ach. In tutela existens principis Cl-
fis, vbi indusium B. Mariae ostenditur.

Ioannis
Vveri scri-
pta erudita.

In Clinia viri clari & illustres sunt ha-
stra atate Ioannes VVierus, Cliuorum duci-
chiatros, qui conscripsit de praestigijs demo-
ac incantationibus, ac veneficijs libros 6. q-
diti sunt in publicum cum libro Apologeti-
iusdem, Pseudomonarchia Damonum, libro
am de Lamys & commenticijs ieiunijs. Co-

Heresbachij
libri.

Hereshbachius ducus Cliuensis ac Iuliac-
iureconsultus, cuius prodierunt annis superi-
bus Rei rusticae lib. 4. vniuersam rusticam a-
plinam complectentes, de venatione, item a-
pio & piscatione compendium.

Iuliacum, Göllich.

Osnabur-
gum.

VVestphalia. Vrbs Monasterii
Brema, Osnaburgum. In eius vrbs Chr-
ei libro secundo de quodam eius vrbs Epif-
hic versus recitatur:

Ioannes Le-
uvenclaus
nobilis do-
ctissimus &
celeberri-
mus.

Corpore Zachaeus, animo Iudas Machabeus
VVestphalum se esse profiteretur Ioannes Le-
claus nobilissimus vir doctrina multa atque
gua vtriusq; latina atq; graeca cognitione,
uerso à se toto Xenophonte, omnibus Nazian-
ni

ribus, historicis aliquot præterea græcis, & præcorum libris felicissimè reddendis & in- etandis celeberrimus.

Colonia. In illa vrbe circa annum Chri- Colonia.

40. Taulerus celebris Doctor Ecclesia ad Taulerus.

rtudam docuit. Colonia Psalterium Ae- Psalterium

icis characteribus in folio exprimi fecit Io- Aethiopicis

Botken præpositus Coloniensis.

Dania. Vrbs Kopenhagen.

Holfatia. Holfstein. Et Holfatiæ pars

crsia.

Mechelburgia, siue Megapolu: Mechel- Rostochi-

& ducatus Megalopyrgicus. Vrbs Rosto- Rostochi-

clara Academia & Professoribus in omni um.

narum genere præstantissimis & clari- Clari-

ter ceteros verò seorsim famigerata & ce- famigerata

vro per Europam vnuersam celeberrimo

. Dauide Chytrao, qui doctrinarum mul- David Chy-

tiuum culmen verè, quod dicitur, antrum træus.

ercuriij, in quo congestum esse Deus voluit,

quid est doctrina atque sapientia cælestis

humana, εὐθ' ὄγε τοικίλων ἀγαθῶν

θηκερ ὄμιλον. Deus nobis seruet etiam de-

— καλλιόπκη illud ὁ γλυκερὸν σῶμα,

ἔσας φίλον ἄνδρα, τὸν οὔτε δεῖσι ἀ-

πεχθῆ.

Ὡς σὲ ὑμνήσω πάντως ἔυμνον ἰόντα.

Pome-

PRIMA PARS.

Pomerania. Vrbs Stetinum.
 Cripsvaldia.
 Cassubia.
 Rugia insula.
 Liuania. Vrbs Riga. Reuela.

REGIONES GERMANIAE
 ORIENTALES.

Dantiscum. **O**rientales. Prussia. Vrbs Dantiscum.
 De Dantiscanis sunt qui scribunt, quod
 Taurus maximus. annis superioribus aluerint ante praesepe tauri
 novennè, à capite numerando quing. vlnas
 gum, donandum Henrico tertio Valesio nati Galorum,
 tunc autem adhuc Polonorum, qui mactatus libras ter mille
 dependerit. Erant etiam in Dantiscum Stella extant de Borussie
 antiquitatibus li. Silesia. Silesia, cuius longitudo miliarium
 ca. ter 40. latitudo 20. Discernitur hodie in
 catus, vt nominant, quindecim, & singula nomina
 accipiunt à metropoli, ita vt Nissa & Vratislaviensis
 collocati sint quasi in vna provincia. Olim aliquandis
 fuit prouincia regis Poloniae.

Laus Silesiae. Vt verò ille suam Ithacam apud Homero
 celebrat: ita & illa prouincia & yadū nē
 ☉☽☽☽, nutritrix facunda & benefica hominibus
 est, quibus in vtroque sexu Dei beneficio nota
 figuram, & decus corporis, nec ad bonitatem
 inge

iorum quid deest, & benedicente Deo re-
 tes ex terra, magna vbertate in plerisq;
 andit, qua alicubi venas auri, argenti,
 & ferri gignit, res etiam ad vestitum
 modò suarum, sed multarum aliarum gen-
 onficiendam largissimè suppeditat, &
 ea multis seculis exculta est disciplina ho-
 re, quàm alij populi efferi, & inhumani:
 orimis studio humanitatis annos 600. ex-
 t, & nostra atate in multis locis fouet Ec-
 & Scholas religiosa beneficentia consti-
 in quibus sonat vox caelestis doctrina, &
 res ad veram Dei agnitionem & inuocati-
 flectuntur.

Puella Silesiatica verè sunt, quod apud
 es sapientes Poëtas de puellis praestantibus
 i, modestia, industria & omni virtutum
 e dicitur, χαρίτων ὑφασμα, θεῶν δ' αἰ-
 α. μάργας & ἔν λαέεσιρ, ἕως φό-
 ἔν φαέεσιρ, ἀλγῆδ' ὄνεσ δ' ἰμμάτωρ.
 ἀ ἔργα εἰδ' υἷα. κόσμ' ἔ ἀρετῆσ ἀπάσ
 κάλλ' καλαί, μεγέθ' μεγάλα καὶ
 ἠσόφου, οὔτε φῦῆσ ἐπιδ' ὀνέεσ, οὔτε
 quarum oculi ἑκατόν χαρίτεσι δάλ-
 ν, — κάλλ' καὶ γλυκερῆσιρ ἔρθυθό-
 μ χαρίεσιρ, — ὦρ τε πάντεσ ἔω
 ασιρ ἴμθοι εἰσιρ. *At quae, quod apud
 em comicum scribitur, vel silicem lapidem
 ere possent, ut se amet: νικᾷ δὲ καὶ σί-
 δ' κροῖσ-*

Δηγορ, inquit veterum sapientum quispiam
 τῶν καλῶν τῶν οὐκ.

Fames inau- Anno autem 1335. & proximè sequenti
ditata in Sile- inaudita fuit fames in Silesia & Polonia
fia. na, ad eò ut ventum sit, quomodo refertur l.
 & 1. Annalium Silesiorum, ad humanas ea
 & quod terribile auditu est, parentes cada
 liberorum, liberi parentum pro rabie inedia
 rarunt & vorarunt, ad eò ut non credatur i
 lis historijs exemplum reperiri simile, pro
 quàm in urbium obsidionibus, ubi quoque hu
 na carnes laniata & deuorata scribuntur.

Vratislauia Vrbs Vratislauia, corona eius pro
corona Sile- cia, ciues habet pietatis & honestatis studi
fia. prudentes, amantes religionis & artium, pi
 tos etiam singulari dexteritate in familiarit
 suetudine, affabilitate & morum elegant
 litate. Senatus verò prestantissimi ea aug
 est dignitas, & ad suos ciues cum graui cult
 uerentia caritas, ut verum sit illud Poëta:
 mosi pecoris custos formosior ipse.

Ioannes Habuit autem Vratislauia inter alios
Morenber- ros & prestantes viros etiam D. Ioan
gius orna- Morenbergium, pietatis, literarum ac lit
mentum torum omnium patronum ac amicum egr
singulare um: Scholarum atque Ecclesiarum longo t
reipublicæ pore inspectorem vigilantem & sedulum, τ
Vratislaui- τῶ, φρονίσε καὶ δωάμα δωατόρ
ensis. τῶ φραῦ, de nobis etiam amice & ben
 merit

sa sua etate oculus, cum doceret & gubern
 Ecclesiam in inclita vrbe Vratislavia fide
 dustria, circumspectione, tolerantia laboru
 arummarum eximia, cum studio tuendi con
 sum in eadem voce doctrina repurgate inter
 centes nunquam satis laudato, viri ingenij l
 tate, doctrina vberissima, facundia blanda
 composita morum suauitate prestantissimi,
 vero fidei, & regenerationis viuifica beati
 cum pijs lachrymis & leta in spe ornarunt. V
 annos 39. Mens. 4. dies 15. horam nullam: E
 sic Spiritum in manus aeterni patris anno 15
 mense Octobri, die 29. Elatus funere hono
 centissimo ad dulce suum cubile inter luctus
 mitus & lachrymas vniuersa inclita ciui
 prid. Calend. Nouemb.

Antonius
 Niger, Me-
 dicus Brun-
 suicensis.

Ac produxit nobis eadem vrbs etiam Ant
 um Nigrum, omni doctrina erudita, polita
 elegante clarissimum virum, Medicinae Do
 rem atq; Physicum Reip. Brunsuicensis celebr
 atq; in Medicina facienda admodum felic
 nostri, quoad in vita mansit, studiosissimum
 amantissimum; quod multis ad me literis a
 cissimis ac familiarissimis scriptis testatum
 atq; reliquit, neq; aberamus alter ab altero
 giori interuallo. Reperiuntur etiamnum in
 blico scripta eius erudita, Philosophica, Me
 atq; Theologica, Graeca & Latina, vbi cum
 miratione visi sunt legere viri eruditi atq;

Eiusdem
 scripta varia
 & erudita.

in callentes paraphrases eius quasdam, qui-
mine graeco heroico valde erudito, denso,
atq; acurato valde Psalmos aliquot Da-
vidici expressit, & reddidit felicissime, vt existi-
mari etiam fuerit illo tempore, si ei rei diutius
libuisset, aut etiam per alias occupatio-
nes valuisset, facile superaturum hic
omnes similes veterum atque recentium
paraphrases & Psalmorum explicatio-
nes rapuit tunc aliud ipsum officij publici, &
suis nominis etiam celebritas & in curatio-
ne felicitas, vt non raro sibi se occidere diceret,
sapiens vetus Poëta scripsit: Quod sis esse
nihilq; malis. Illud etiam Pythagoricum
sibi traditum putaret: Hoc age.

Ac gloriari etiam non potest, & se iactare
magnifice efferre in clyta Vratislavia de Io-
hannese Crato à Crafftheim, & Petro Monauio
Medicina Doctore celeberrimo & instru-
mento doctrinarum atq; linguarum eruditiss-
imo genere, Medico & Consiliario Casareo au-
tente, nomine atq; dignitate praestante, & cla-
rissimis eruditiss, qua versantur in erudi-
tione, seorsim verò Medicorum manibus.

in vrbi debent etiam literati & litera Ia-
cobus Monauium Petri fratris, clariss. fra: rempa-
um & ciuem Vratislaviensem, incompara-
bilis doctrina, virtute atq; sapientia virum, cum
sit earum rerum, quod à veteribus sapienti-

Iohannes
Crato à
Crafftheim.
Petrus Mo-
nauius; con-
siliarij Cæ-
sarei.

Iacobus
Monauius,
eiusdemq;
laus.

bus, nostra etiam memoria hominibus, quae
 doctrina ac sapientiae aliqua laude claruerit
 traditum est & proditum, quod ipse non
 erit, didicerit, meminerit, calleat & teneat.
 cum ita ferat usus & occasio, singulari cum
 uitate orationis puritate & elegantia inin-
 bili commemorare & tradere possit cum stu-
 dentium & attendentium, aded ut hic,
 cum illo paria faciant, aut cum illo commu-
 debeant, non facile reperias, cum excellat
 hac etiam dignitate, autoritate, atque non
 eruditi & honesti fama celebri domi forisque
 ter eos uero praesertim qui & ipsi cum laude
 qua peculiaris cuiusdam doctrina atque sapie-
 degere existimantur, & famigeratissimus uer-
 per sit suo merito, amore literatos, & ho-
 cultores literatos omnes, quomodo me etiam
 dignum tanto amore cum clarissimo suo fratre
 cepit complecti studiosissime, & studio praesertim
 quam optime merendi ac pietate, de literis
 utrisque bene consultum sit omni tempore, ubi
 hil unquam solet praetermittere, cum sit ad
 guem factus homo, ac uere $\omega\epsilon\pi\lambda\alpha\sigma\mu\delta\iota\omega\tau\omicron\varsigma$

$\Delta\epsilon\delta\epsilon\epsilon\gamma\epsilon\nu\theta$,
 οὐ ζῶσε τε καὶ κόμῃσθε Δεῦρ' ἑλευκῶπις Α
 αὐτὸς κοινὸν ἔστω ἀληθείᾳ ἀγαθόν. ()
 μέγα τε χάρισμα πόλιος δ' ἡμῶν Ἐ πάσιρ' ὄν
 αἰετὸν ἔστω γὰρ ξεινοισιρ' ἀνῆρ' ὄδ' εἰ, ἡδὲ ἰωσ
 ταις.

ὁ θεὸς ὑμῶν, πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν ἐὼν ἰσὺς
 καὶ ἡμεῖς χαίρει, δεῖξτε δὲ τοῖς ὄλθεσιν δόξαν,
 ἢ μάλ' ἐθέλητε, καὶ σοὶ φίλον ἔπιλετο
 θυμῷ

In Republica Vratislaviensi autem modo
 pes partes obtinet Nicolaus Redingerus e-
 ritistes & praefectus sapiens, auctoritate pra-
 vigilans. atq; circumspectus Frater eius
 as Redingerus, praeterquam quod liberato-
 nominum fuit amantissimus, bibliothecam
 ebat rebus omnibus instructissimam, quod
 imus Monachus noster in Epistola quadam
 rat, quae ad septendecim florenorum millia
 abatur, & etiamnum Vratislaviae custodi-
 e Vbis illuc translata.

Nicolaus etiam Redingerus Thoma clarif-
 viri filius, & Nicolai Redingeri praestantis-
 doctrina, virtute ac sapientia viri filius, post-
 a audivisset tum in Germania, tum etiam
 alia doctissimos & celeberrimos quosq; Pra-
 res & Professores, domum reuersus tandem
 letatus & instructus omni doctrina liberali,
 inter suos clarus degit laude virtutis, do-
 e omnigena atque sapientia ὑμῶν δὲ ᾧ
 αἰῶν κεφαλῶν δεοὶ ὁπάσθαι ἀθάνατοι
 ὅρ τε τέλεισφόρον, ἀγλαίω τε, καὶ κῦ-
 ἀπέσθητον, ἀφθίτον ὄλθον, λθνκας δ' ἰ-
 ἡμέρας πᾶσας, Α. μ. λῶ.

E 3 Frei-

Nicolaus &
 Thomas
 Redingeri-
 fratres.

Thomæ bi-
 bliotheca
 quanti fue-
 rit æstimata.

PRIMA PARS

Freistadia.

Freistadia, cuius propria laus est. ornata studia & literatos, & quod vix alibi in Silesia reperitur, quae in illa tenuitatis plures viros excellentes doctrina educavit

Rectores
scholae Frei-
stadiensis:
Erasmus Be-
nedictus.

luis, quam ista. Praesuerunt studijs pietatis literarum in illa vrbe aliquandiu viri magni & doctrina multa praestantes, Erasmus

Ioachimus
Curæus, &
Ioachimus
Picus.

Philippi, & cum eo in domestica familiaritate coniunctissime vixerat: Ioachimus etiam reus tandem Medicinae Doctor & scriptor natus Silesiae Freistadiensis, & Ioachimus

Doctores
Ecclesiae
Freistadien-
sis: Ioannes
Gigas Nort-
hulanus.

cus Glogauensis auditor diligens & assistens Theandri Lutheri & magni Philippi, a quo noster dilectus. Ecclesiam verò ibi doctrinae pluribus excellens, D. Ioannes Gigas Northulanus, singuli & vniuersi nostri amantes deo & studiosi, vt etiam defuncto viro doctor

Abrahamus
Bucholtze-
rus.

simo Erasmo Benedicto, Scholae & studio in illa gubernationem literis & signo senatus eius loci iudicij mihi offerrent. Giganti in eundi in Ecclesia munere successit D. Abrahamus Bucholtzerus, $\omega\alpha\lambda\alpha\upsilon\acute{\alpha}\tau\epsilon\ \omega\omicron\lambda\lambda\acute{\alpha}\tau\epsilon$

Chronologia
Buchol-
tzeri.

$\delta\omega\delta\epsilon\ \eta\gamma\eta\ \epsilon\iota\lambda\omicron\pi\omicron\nu\omicron\ \&\ \epsilon\gamma\ \upsilon\pi\omicron\theta\epsilon\omicron\lambda\lambda\omega$, cuius se pectore tota vetustas condidit. Eum virum magnum esse & excellentem ingenio, doctrinae varia, ac lectione multa, docent tum qua nup

edidit scripta Chronologica valde erudita, laboriose & accuratè conscripta, tum etiam por

mel

his docebunt, qua modo habet in manibus, de quibus spem facit, superaturus sine omnino in illis omnium conatus, labores & studia, haec in simili argumento voluerunt esse upati.

Goltperga, longo tempore celebris per Germaniam & conteminas regiones à Schola didita, ad quam studiorum gratia confluebant, atque non modo è Silesia, sed etiam è vicinis regionibus maximo semper numero Vngari, Austriaci, è Stiria, Carinthia, & Polonia oriundi, citati laude atque celebritate Rectoris summi, atque exercitatisimi & felicissimi formantiuuentus Doctoris atque artificis Valentini Trozendorfj, cuius tanta fuit me puero existimatio, ut in Silesia existimaretur, etiam si alibi veras non infeliciter aliquis didicisset: tamen et doctos non facile admittendum, si eius virtus sedula atque institutione felici aliquandiu fuisset usus, charus illa de causa viris magnis eruditis omnibus, magno etiam Luthero & Hilippo, à quibus, si quando VVitebergam neiorum causa accederet, accipiebatur honoribus & amanter.

Præsuit ei Schola cum celebritate ac successu singulari, quoad vixit, annos plus triginta, quod opinor, motus matris sua charissima, honestissima, sed rusticissima dicto, quod ille in omnibus literarum rapiebat tunc, qua cum eum è pago

Schola
Goltper-
genfis, Ma-
gistra gentia
Silesia.

Valentinus
Trozendor-
fius, Schola
Goltper-
genfis Do-
ctor.

PRIMA PARS

Trozendorff Silesia prope Gorlitium sito
Scholam Gorlicensem adduxisset, & iam re
illie filio domum redire vellet, cum illi præ
multa reliquisset, hac voce cætera puncta su
Walten bleibe ja bey der Schuelen. Va
tine fili dilecte noli discedere à Schola, quoniam
se sæpè commemorabat & prædicabat magi
vim inesse votis, precibus atq; imprecation
parentum optimorum, atque piè in liberos
etorum.

Pars histo-
riæ de vita
Neandrius
inserta.

Eius simile ego quoque de me possem com-
memorare studiosis adolescentibus, si liceret
comparare parua nostra magnis. Pater meus
lectus mercator fuit, ideoq; cum me quoque
mercaturam exercendam mox puerum cupi-
assuescere, neq; quicquam minus haberet in
nimo, quam ut in literis discendis multum tem-
poris consumerem, voluit ut antea omnia equi-
re discerem, cum eius rei ignotio in longioribus
itineribus, qua mercium causa coemendanda
facere cogeretur multum sibi obsuisset, ut si
pedes longissima itinerum spacia emetiri non
sum ei fuerit. Ac cum ego ab illa re, animo non
præsagiente fortè secutura mala & pericula
valdè abhorrerem, & nihilominus vellet me
rei aliquod facere periculum, constituit in equo
macilentò & seroce, & dorsum macilentum
hinc acutum & asperum habente, ut in illo per
ma stipendia facerem, quorum is fuit successus
ut eq

uis à me extra patria portas perductus in
 am, quo aquatum agi solebant, cum ego
 regendi & perite tractandi nullam dum
 am habere possem, vbi profundissima
 non sine vitæ periculo dedit præcipitem,
 arum abesset quin suffocatus perirem,
 accurrissent, qui tum non procul inde spe-
 res eius periculi fuerunt, qui & equum
 rehenderunt, & me in illo iterum pro-
 adidum & iniatum collocarunt, redu-
 m inde equum domum, si Domino non a-
 visum fuisset, felicius. Verùm vix por-
 bi contigeram lapide ictus, nescio vnde
 itante, vulnus in caput accipio, copiosè
 ine in faciem & humeros desfluente, &
 em me spectandum in vrbe exhibeo, &
 idendum propino spectatoribus, aqua &
 ine benè tinctum & madidum cruento
 & cruentatis natibus, cum sine Ehip-
 sidenti tam macilento equo in illis locis
 atari mihi tenello puero non fuerit diffi-

Cùm verò hoc primo infelici experimento
 nec dum moueretur, ac artes peccando ad-
 duceret, cùm eodem die iterum in alio equo
 tituisset, vt aquatum ducerem, equus præ-
 tor multò priori & ferocior, cum à me duci
 non posset, ad solum affixit & in terram

PRIMA PARS

prostravit, ut sinistrum brachium frangere
 pater vel inuitus, cum accersitis chirurgis
 stura illa obligaretur, quod sine dolore ac ei
 tu multo non fiebat, astante matre pientissi-
 cognatus etiam presentibus ac largas lachry-
 fundentibus, & vicem meam iniquam atq;
 stem dolentibus desistere cogeret ab instu-
 & in vocem hanc efficacem ac potestate ple-
 erumperet: Nullibi melius ages, quam in
 nasterio, Nur in ein Kloster mit dir, di-
 gest nicht in die Welt. Contra deinde q-
 decreuisset, annos vix dum septendecim na-
 de hortatu Praceptorum VVitebergam misit
 cum aliquandiu in Ilfeldensi Collegio studij
 scientiarum praefuissem, ac Lipsia in mercatu vi-
 patrem salutarem, cum audiret non deesse
 etiam alibi functiones, honestas dixit: Con-
 tresces ne sic perpetuo in Monasterio, respon-
 Pater charissime tua id facit imprecatio, &
 non inefficax praesagium, quam animaduerti-
 rimium habere ponderis atq; virium, neq;
 me poenitet temporis, quod tibi consumpsi, neq;
 pera eius, quod studijs discipulorum impendi, p-
 tadere, cum non prorsus incommodè ibi deg-
 ac viros magnos mei studiosos & amantes
 in aula Stolbergica, tum etiam vicinis aul-
 vrbibus mihi non paucas comparauerim. Respon-
 dit ille contra: Fiat voluntas sancta Domini,
 se tuasq; res omnes commendo, fac quod tibi
 sult

videtur & optimum Deoq; gratum, & mo proficuum, cum sapientior sis, quam me agnosco, qui literis discendis non multum oris potui tribuere.

Verum redeo ad Trozendorfium. Illum Ge- s Aemylius adolescens, sed bonarum artium recens Magister, & ab incude adhuc calens, pœta non incelebris, cum tempore est atia literis Philippi Melanchthonis animi gra- Silesiam VViteberga Vratislauiam vsq; iseretur Goltperga salutarci atq; compel- , qui contra ipsi omnia officia humanitatis hospitalitatis exhibuit. Cum vero gratus esset Trozendorfio clarissimo, ac illa de multum hortaretur, vt hilariter se inuita- conuino, prius recitato Disticho:

Distichon
S. Aemylij.

go clauiculo rigidum suspendo Magistrum,
Cum libet antiquo viuere more mihi.
rem deinde gessit hospiti suo magno viro, & um ita expleuit, vt delectatus suauitate mon- genij atq; doctrina Aemylij, crebro deinde tionem honorificam Aemylij, quoad superfu- cere soleret, ac si quando ferret occasio, a- is etiam suis publicè inter prælegendum & endum Aemylij distichon suauis recitaret.

Cum vero ego, cum iam obijisset Trozen- is, Goltpergam accederem, Scholam Golt- nsem gubernabant Paxmannus, Medicina or, & Magister Martinus Tabor, Glogau- ensis,

Moderato-
res Scholæ
Goltper-
genfis reli-
qui.

ensis, viri in omni doctrina, & lingua seor-
 Græca cognitione maximi, Iacobus Henioch
 & nunc compater noster dilectus clarissimus
 annes Claius & aliquot alij. In Ecclesia illa
 mas partes tenebat Tilenus Sorauiensis piet.
 doctrina, autoritate, atq; pia grauitate, &
 ui senectute præstans, qui singuli non modo lo-
 ti nostro congressu & colloquio conuiuio hono-
 fito excipiebant, quod tum ipsi, tum alij sua p-
 sentia ornabant: sed etiam cum saciari tam-
 to colloquendi studio & amore non possent,
 ego aliquando etiam Ifeldam ad meam So-
 lam redire percuferem, aliqui de his Bolesta-
 um vsque urbem, qua inter uallo trium milia-
 um Goltperga, ni fallor, distat, me comitati de-
 xerunt, ac vnã noctem in eodem hospitio
 bis cum manserunt, & sumptus, quos ea vest-
 in hospitio fecimus, omnes persoluerunt, &
 beneuolentia sua prolixè mihi declararunt
 δεσπότης Ἰωάννης ἄντισσώλης ἰατρὸς οἰκίας, Ἀμὼν καὶ
 Ἰωάννης Ἰωάννου, Ἀμὼν.

Glogauia
 flagrat ali-
 quoties to-
 ta tristi in-
 cendio.

Glogauia, Vrbs post Vratiflauiam prin-
 cia, que anno 1420. die Festo Dominica Ascen-
 sionis tota conflagrauit, præter monasterium
 dalium Dominici. Ac anno 1433. tota illa
 iterum igne perijt, præter cœnobium fratrum
 Francisci. Et porro anno 1517. Septembris
 sub horam noctis quartam, cum iterum incen-
 dum excitatum esset, in area fori occidenta-

stro ebrio, subito inualescentibus ventis, ho-
 bus improviso malo consternatis celerrime
 nes partes peruagatum est, & conflagra-
 rbs penè vniuersa. Exincti tunc sunt ho-
 fumo & flamma fermè 80. inter quos fu-
 familia in vrbe celebres, quæ pernitioso
 tio abdidierant sese in cellas subterraneas, vbi
 & halituum multitudine fuerunt suffocati.

itur Scholasticum quendam ea nocte ebr-
 sua camera obdormisse, itaq; sopitum fa-
 x crapula, vt tumultum concidentis & pe-
 tis vrbs non exaudiuerit, sed in multam lu-
 vix euigilauerit. Refertur præterea ean-
 vrbem superiori tempore, diuerso à nomina-
 tra annos 18. bis conflagrasse, & præterea
 n temporibus expositam fuisse iniurijs &
 risionibus Polonorum vicinorum.

Proditur præterea anno Christi 1293.
 cipem Canradum ducatum Glogauensem
 esse, & Henricum, qui tunc in Silesia ducā
 Vratislaviensem & vicinas quasdam vrbes
 debat, proditum à suo ministro captiuum
 xisse ex balneo in suburbio Vratislaviensi
 Glogauia crudeliter eum excruciasse. In-
 enim illum in caueam ferream angustam,
 lem & breuem, cuius duo erant orificia,
 um pro porrigendis alimentis, alterum pro
 ementis eijciendis, in ea totos menses sex,
 nec sedere erectus, nec iacere posset, cor-
 pore

Scholasti-
 cus ebrius
 altum dor-
 miens.
 Glogauia
 bis conflag-
 rat intra
 annos octo-
 decim.

Exemplum
 inuitatæ
 feuitiæ.

poterit a conuoluto delituit, sordibus vermibus
fere consumptus. Fuit hoc exemplum inuisi-
sautia allatum ex Italia: Nam ibi, & praesertim
in ducatu Mediolanensi iisdem annis tyran-
norum talibus enormis crudelitatis artibus
ter se certabant, donec exsolueret illi pro libe-
tione pecunia vna grandem.

Senatus
Glogaiien-
sis fame ne-
catur in car-
cere.

In Silesiorum annalibus porro refertur
Principe Glogaiensi Ioanne, quod anno 14
8. Martij, Senatum Glogaiensem, confictum
illum criminibus falsis in carcerem coniecit
& fame sitiq; necauerit, vbi siti magis, quam
ine fuerint cruciati. Scriptum est eos in ag-
ri leones horribili voce ululasse, & frustra
recordiam hominum implorasse. Gestati sunt
aeris, spoliati omnibus vestibus, quas habuerant
turri satis elegantes, sic mandante tyranno
positi scalis ad sepulturam in templum Domini
canorum quinto Octobris. Puniuit autem
tandem Tyrannidem illam seuam Principis,
tota ditione sua pelleretur. Sed igitur in
sua egestate & solitudine cepit deplorare se-
ra sua, & anno lubilao iuit Romam, vt a po-
estice expiaretur. Dicitur tamen & ibi mor-
scurriliter lusisse. Cum ipsi Sacerdos episcopus
indixisset, nunciauit illi postmodum excidisse se
confessione, quod Senatum Glogaiensem
necasset, annumeraret tamen hoc ceteris pe-
ccatis, nec poenam augetet.

Tyrannus
punitus.

Relatum est etiam ipsi, pontificem, qui au-
 dit in urbe esse Principem Germanum, ipsum
 futurum ad oscula sanctorum pedum, Prin-
 tifici renunciauit, se properare domum
 petere linctus istos.

Fuisse scribitur in eo animus magnus, &
 impavidus, sed ingenium agreste & nimis
 le, & in sermone fuisse facetum vsque ad
 litatem. Cum Sacerdotes in eum fulmen
 municationis emisissent, ita vt ceremonia
 tus in omnibus templis conticerent, Prin-
 um Sacerdotes aulam eius fugerent, roga-
 s, vt saltem colloquiorum causa in pontem
 nis venirent ad colloquium, vt posset insti-
 ring, reconciliatio. Interea verò dum pa-
 Principi, & in medio ponte consistunt Sa-
 tes, piscatores ex mandato Principis tra-
 afferes pontis à tergo demoliuntur: re-
 a in clamat eos Princeps: Agite, inquit,
 s circumspicite vtrum velitis cantare an
 saltare, Singen oder Springen / illi
 vndiq; vndas, vim irati Principis, & pra-
 m mortem cernerent, territi clamarunt
 ine cantabimus. Redite igitur, inquit, do-
 & vestro officio fungamini, aut omnes ma-
 rre peribitis. Sed de Glogauia nolumus plu-
 dere.

Sprotta, quæ anno 1403. pridie diei S.
 arita tota conflatauit cum monasterio &
 templo,

Oscula pe-
 dum ponti-
 ficis derisa.

Vlciscentis
 excommu-
 nicationem
 pontifici-
 am.

Sprotta to-
 ta igne pe-
 rit.

templo, arce tamen non laesa, perierunt inceduo homines, puella & adolescens.

Saganum
incendio
perit.

Saganum. Vrbs qua anno 1486.
18. vniuersa incendio perijt cum omnibus templis
& monasterijs.

Vrbs vero Saganum est contermina patria mea dilecta, inde distans itinere duos saltem, vel summum trium horarum. Prorunt inde etiam viri aliquot clari & praestantissimi doctrina multa, atque linguarum eruditurum gnitione, titulorum ornamentis, dignitate terea atque autoritate excellentes in aulis principum potentum, Scholis, Academijs atque Ecclesijs, neque dum illi desunt ingenia clara atque excellentia in Republica & alibi. Scholam & Ecclesiam adeo pulcre constitutam habent qui praesint illis non sine causa praedicentur viris cordatis pietatis, doctrina & zeli singularis & excellentis, amoris item singularis nomine quibus ex animo cupiunt consultum Scholae Ecclesiae.

Munificen-
tia Senatus
Saganensis
erga Nean-
drum & ho-
spitalitas.

At amantem eam urbem iam diu fuisse pietatis, literarum & literatorum, aliquo insigni documento mihi etiam testatum situm facere, dum quem collatum cum alijs viris ditibus nullo loco debebat habere, neque numerum duduē τῆς τοῦ οὐδὲ τῆς τοῦ existimare: tamen reducem post aliquot aristas in patriam Saganam, & honesto Vngarico munere honorauit.

as vini Maluatici per sua Reipublica pri-
domum ad parentes misit, & de reditu
aduentu mihi gratulata est, & porro
turum Vratislaviam salutandi amicos
& notos, solenni conuiuio excepit, ad quod
is nostri causa, & verbi ministri & scho-
e & Senatus proceres accedere iussi fue-
runt, & noua & valde amica oratione ite-
cepit hospitem, vinum, quod tum ade-
titimum, per ministros publicos donauit, &
d deesset summa humanitati, nihilq; pra-
sum videri posset, tum cum vellet de sum-
a beneuolentia mihi declaratum esse, qua
lecteretur nihil tale meritum, Musicam
m tanquam in publica letitia, symphoni-
iam & tubicines, musicos & cantores or-
os sua vrbis è turri edita accersitos adhi-
qui certatim & per vices canendo conui-
atq; conuiuas exhilararent, & deinde vlti-
reistadium perrecturum honesto comita-
satis longo itinere, per forum atq; urbem
erent.

q; idem mihi honos ferè deinceps Freista- Aliquot Si-
oltperba, Lignicij atq; Vratislavia exhi- lesiæurbium
uit, vbi non modo conuiujs splendide atq; officia in
instructis, in quibus vnà accubuerūt ple- Neandrum,
 $\omega\varsigma$ $\delta\upsilon\epsilon\alpha\nu\acute{o}\theta\epsilon\tau\epsilon\iota$, η $\omega\upsilon\epsilon\kappa\alpha\iota\acute{\alpha}$, $\kappa\alpha\iota$ $\delta\upsilon\kappa$ $\xi\upsilon$
 ω $\lambda\lambda\acute{\alpha}$ $\lambda\acute{o}\gamma\omega\varsigma$ $\omega\delta\epsilon\iota$ $\tau\acute{\alpha}$ $\tau\epsilon$ $\xi\upsilon$ $\alpha\upsilon$ $\tau\omicron\iota\varsigma$ $\acute{o}\upsilon$ $\tau\omicron\varsigma$,
 $\xi\epsilon\chi\omicron\iota$ $\sigma\kappa\mu\acute{\alpha}\nu\epsilon\tau\epsilon\iota$.

Die 18. Aug. Metrophane mortuo. in Patri- Hieremias
atatum restitutus est. D. Hieremias. De hoc, Patriarcha.
cus sic: $\text{Εκοιμήθη ὡς ὁ πατριάρχης κύριος Ἰερεμίας, ἀνγύσσω πρεσβυτέρῳ, ὁ δὲ τις ἡμέτερο, ἕως οὗ σὺν τῷ ἀποκατέστη ἄλλοις πατριάρχης, ὁ ἀγιώτατος κύριος Ἰερεμίας ὁ ἕβραῖος.}$

Anno 81. Ianuar. 14. vidi domi mea librum
eu: continentem tabellas chorographicas sin-
arum VVir: embergici ducatus praefectura-
n: elegantissime ab Heirrico, Salomonis pa-
aliquandiu ante obitum, illustrissimo Princi-
nostro, D. Ludouico, pictas.

Die 15. Ianuar. D. Fridericus Breuner BA-
D. Ioachimi Sintzendorffij in legatione suc-
sor. Pontepiccolum (vicum 2. miliaribus à
nstantinopoli) aduenit. Inde cum suis urbem
Ianuar. ingressus.

Mart. 7. accepi aneam monetam, rubigine Homeri co-
abram, à Salomone mibi 7. Ianuar. missam: in meta.
nus vna parte, facies Homeri est, circumdata
teris ΟΜΗΡΟΣ ; in altera, Mercurius, cum

virga

Batrachomyomachia
Barbaro-
græca.

virga in sinistra: in dextra cum sertulo, cir-
datus literis Α Μ Α Κ Τ Ρ Ι Α Ν Ω Ν: Leg-
ῶμεθ' ἄμικτιανῶν. Hac æstate utroq;
gno Homeri opere, post multos tandem a
publicè auditoribus explicato: eiusdem Βοῦ-
χομιομαχίαν interpretatus sum: adhibita
ferendarum linguarum causa, hodierna vul-
eius conuersione (cuius autor est Δικμικ-
ζῶν & Zacynthius) & Auditorio dictata, vo-
buliſq; declaratis.

Die 28. Iunij plurimas literas, quas in
ſia, Inſulis, Græcia & Tracia, inter ſe Græci p-
ximis annis ſcripſerant, mittente 1. Martij
lomone, accepi. D. autem Sintzendorffius (t-
atatis ſue 35. anno) 4. circiter Iulij Vi-
nam redijt: Solomone noſtro, iam in Aegypti
Hierofolymamq; profecto: de qua peregrin-
tione, nunc etiam quadam breuiter commen-
rabo.

Die 3. Martij 81. vnà cum Barone li-
ro D. Bernhardo Heberſteinio, & D. Adam
Schliben in Tannendorff, & D. VVolffgan-
Pachelbelio, Byzantio diſceſſit. Poſtridie C-
lipolim venit, magnam pulchramq; κωμόν
Ἄρ. Martij 7. tranſiit Helleſpontum, in m-
Aegaum, ſeu Archipelagus: veſperi, poſt qua-
Troadem proſpexiſſet, inſulam Leſbum attingit
Martij 9. propè naufragio factò, Samum tenuit
Poſtridie commodo vento, ad Cyclades Inſu-
venit. Martij 11. Rhodum urbem ad huc ad
ſic

is pulchram delatus fuit. 23. Martij (post
tos alias lentos, alias vehementes) Alexan-
am latus peruenit, qua vrbe, nihil destructius
ie, aceruis lapidum plena. Ibi postridie apud
ndam Cyprium Gracum diuertit. Inuenit
m Cretensem Gracum, nomine Meletium:
Patavij studuit, & Latine Italiceq², scit. Die
Martij Rossetam, seu Raschidium, appulit: Rosseta.
dum Nili fluminis bene edificatum, 50. cir-
r stadijs ab Alexandria: irridui à Memphi,
Cairo. Biduo post, è diuersorio (Iudæa fami-
bi peste mortua) nauicula in Nilum consu-
ibi vsq², ad 13. diem Aprilis manere sub dio
stus. Inde ad D. Gerlachium, & ad meli-
us 10. April. scripsit: quas Tybingæ (prius
stantinopolin delatas) 9. Septembris acce-
us.

Die April. 13. ex Aegypto Ioppen versus
essit: cum nec Alexandrinum Patriarcham
quod Cairi tunc esset) vidisset: nec Cairum Cairum 3
orientibus ibi pestilentia quotidie 7. vsq², ad Sinai.
em millibus hominum) venisset: nec etiam
atem Sinai (Arabum latrunculorum incur-
e desolatam) accessisset: licet animus ea loca
ximè videre gestuisset. Ioppen autem, seu Ioppe.
han. 29. April. aduectus est. Ibi nullum edi-
um amplius: sed dua tantum valide turres
drangula, cum prasidio contra Piratas &
bes. Ergo sub dio, hordeacei panis cibo, ma-
dum fuit. Maij 3. Romæ apud senem Gra-
cum,

cum, virum bonum, hospitatus est. Postridie,
Ierosolymam commodè cum socijs peruenit,
ἄρχιεπίσκοπος Ἀθανάσιος καὶ Ἐπίσκοπος Φθιώτις. Postero
Patriarcha Sophronio benignè conuiuio ex
fuerunt. Maij 6. Domini sepulchrum vidit:
iri intrans, postridie exiens. Habitant Hiero-
solyma varij generis Christiani: Latini, Graci
menij, Georgiani, Abissini, Copti, Suriani,
ronitæ, Nestoriani: singuli Sacellum in Templo
ad peragendum sua sacra, habentes. Graco-
domus Hierosolyma circiter 150. Ambitus v-
ferè vnus miliarij Germanici, domus sin-
lipidea, munitissima sine tectis, in summo pi-
montes quatuor, Sion, Moria, Regius, & Ca-
ria. Die 8. Maij in vico Bethlehem (Region-
gibus, ficibus, oleis, satis culta) fuit. Ma-
Hierosolyma discedens. 22. Maij Damascum
nit. Inde 30. eiusdem discedens, Tripolim in-
equitauit. Sunt in hac etiam Graci & Iudei
Arabica ibi lingua vsus. Die 6. Iun. discedens
Cyprum prater nauigans, 30. eiusdem Ma-
ad Creta καὶ ἀρχιεπίσκοπος καὶ Ἐπίσκοπος venit, murum
structum. Iul. 19. in ciuitatem Candiam venit
ad Calend. Septemb. vsq; ibi mansit, inue-
in ea ciuitate (magna & munita) Ioan-
Morzinum, studiosum & doctum iuuenem
cum. Die 13. Septemb. Corcyram conspexi-
stridie, in oppido Sultza, CXII. tecta, di-
cendio, (quod hic in suprema parte domus
dolentes, & tum nescientes, vbinam esset
spex

Hierosoly-
ma.

Sultza in-
cendium.

...imus) conflagrarunt : in quo numero etiam
terna Salomonis nostri domus : quae suo tem-
pore gloriose noua extruetur. Liberaliter au-
tem, & hinc, & ex toto ducatu, & Horba, &
vicinis locis afflictis ciuibus succursum est.
Octobris 2. post crebra impedimenta, Vene-
tiis appulit : 19. eiusdem, Augustam humanis-
sime apud M. Ioannem Berlocherum, Euangeli-
stam Concionatorem, hospitio usus. Currens au-
tem Octob. vltimo noctu, ad me Ioannes Pfiste-
r Bibliopagus, letum huius rei nuncium attu-
it, quo interea partus sum : donec tandem 10.
Novemb. à D. M. Samuele Hailanda (Graecum ho-
minem è Syra adesse) vocatus, sedente cum D.
Ulrichio ad mensam charissimo Saueickero re-
um prosperum gratulatus sum.

In eo prandio, alijsq; conuiujs, varia de
peregrinatione nobis incunde narrauit :
partim, quae iam posui, partim alia, vt, no-
men Lutheranorum, Hierosolyina, & in Insula
Cyta, natissimum esse : mirari Graecos, Graecis
ceri in Germania : se doctorum Germanorum
numina multis Graecis indicasse. Aegyptios,
Aegyptios, homines esse, imbecillos, imbelles, ma-
vestitos : nauas, aut Nilum accolentes : se-
re totos nudos pudentes & graecos & graecos
Tag. Faminas umbilico tenus nudas ince-
re. Ab Aegyptijs tantum aquam bibi, ali-
um potum nullum. A mari litus, introrsum
ad di-

Saueickeri
reditus Tu-
bingam.

Aegyptij
quales.


Alexandria.

ad dimidium miliarij Germanici, arenosum
se: arenam ferè albam, tanquam si per ni-
incedas. Alexandriam, propter ruinas, lapi-
na similem esse. Cùm quærerem: an nulla
men ibi, saltem pauca, splendidiore don-
Nullas ait. An non saltem aliqua, qualis
mea? Ne in tota quidem Constantinopoli
inquit. Ostendi ei lectum, in quo pernoctare
manere voluisset. Ait, à se in tota Oriente
lum talem lectum esse visum. Vehementer
rabat: cùm mea omnia, ne mediocria qui-
sint: qua tamen mihi ὁ Ὀυλάνθωπ^{ος} &
paternè conseruet. Hierosolyma verè domo
lapidibus omnes, arcium instar esse: & singu-
tales: vt tres aut quatuor viri, saxi armati
summo stantes, possint se diu à magno oppug-
tium numero defendere: cum propter lapi-
facultas suffodiendi non sit, Tyrum; Sidonem
Berytum (licet ipse eas non intrât) adhuc
tis magnas esse. In Palestina, Arabum excu-
nes idextidem fieri: equitum circiter viceno-
in diuersis locis. Gentem, pauperem esse. In
rpto viuere: vende mihi (inquit aliquis eor-
aliquem imbecilliozem nactus) tuam vestem.
Non est mihi venalis. Ergo dona mihi, inquit.
Negat. Tum ille vi eam detrahât. Aut, quan-
istam vestem gestasti? Annum. Est igitur eor-
à me quoq; gestari annum. Et sic deripit. Equi
eorum, minimè calceatos esse. Agitari tan-
per fossas, trans vepres; ad ardua Libani mon-
fur

Arabum la-
trocinia.

iali cursu. Tres nominauit rapaces populos
 Druſos, in Libano, & circa Libanum: reli- Populi ra-
 ne partim Christianos, partim Turcas 2. pto uiuen-
 αρωτοας, Sphagiottas: habitantes al capo tes.
 ada, verso à Morea: in promontorio, seu cu-
 le ensis, Peloponnesum versus. Eum locū ipse
 d' transijt: quod nunc tamen sint mansuetio-
 3. Μανιωτοας, Maniottas in Peloponnesi
 te occidua: incolentes il braccio di mania,
 schium mania. Fortè à μανίεσθι vtrumq, ἀσάλασσα
 genus, perhibere se Christianum. Nec in O. Orientis.
 te nec in Creta, vagas libidines turpe puta-
 nunt ari etiam à feminis viros. Nullas in O-
 te, venationes esse, nullas aues conspici. Se ab
 denis non 20. millitaria abuisse: sed, naue &
 storibus Venetias tendentibus: sibi nec illas,
 c Zacynthum & Cephalaniam, accedere &
 redi licuisse. Candia, Græcorum circa se con-
 sum factum esse: mirantium, hominem Ger-
 manum Græcè loqui. In Oriente, multos etiam
 alicè loquentes inueniri. Ibi, tūm se, tūm pe- Misera Vi-
 grinationis socios, solum buccelato (biscotto) ctus ratio.
 aqua victitasse. In nauigationibus, paucis
 bus vermiculos in aqua putente creuisse. Tū
 didicisse, quantum Dei donum sit, munda &
 na aqua. Nunc ergo vorum, perpetuè tantūm
 uam bibendi habet. Monstrauit nobis iconas à
 piclas: 1. Patriarcha Bizantini, Hieremie,
 Antiochemi Michaëli: qui nunc, inuidia
 vorundam, valde senex Patriarchatu delectus,

Tripoleos Metropolitae est: Tripolitano Me-
 polita Joachimo, in Patriarchica digni-
 strum viro- collocato, 3. Metrophanis, qui ante Hiere-
 rum. 4. Patriarcha Armeniam. 5. Sultani muratae tertij. 6. Quarta
 te Ashabaci, Iberum Principis. 7. Legate
 fici, cum pileo orbiculate albo, acumen a-
 gens habente: & veste viridi, ad cuius a-
 mias, homunculi & animalcula picti. 8.
 letij, Alexandrini Protosynzeli. 9. Sepulchrum
 Christi. 10. Monumentum Absalomi, in v-
 Iosaphati, ωυρροαδης. Die inde 17. Noue-
 (postquam apud illustriss. nostrum Princi-
 Pfullinge venationis causa versantem, fuit
 Sultzam, pie matris suae salutanda conso-
 daq; gratia equitavit.



Ponam nunc aliquot testimonia, chiro-
 pba, literas: quibus tum, à Græcis, Testimonia
 ab aliarum nationum hominibus or- Græcorum
 us est: quæ ipse mihi non minere huma- de Solomone.
 ne.
 te, quàm sua D. Gerlachius, de-
 benda dedit. Scitis autem, reuerendi
 mini & amici, quanto ego semper amo-
 Græcarum & Orientalium rerum fla-
 m. Noui vestra quoque Dignitati hu-
 nitatiq; eas incundissimas esse: qui &
 tenus diligenter inuestigastis: & qua
 nouistis, beneuole mecum communica-
 . Ponam autem absq; elegantibus
 nunc ductibus: donec forte Typo-
 graphus, tales καλλιγραφίας
 sculpendas currans, con-
 tingat.

ΜΗΤΡΟΦΑΝΗΣ, ΕΛΕΜΙΘΕΟΥ
 Χριστιανός κωνσταντινουπόλεως, νέας
 ξώμης, καὶ οἰκονομικὸς πα-
 τριάρχης.
 Ἡ μεξιοτήτων ἡμῶν, διὰ τὸ παρόντ' αὐ-
 τῶν πατριάρχων ἡ δολοποιῶν, καὶ
 τῶν ἰσχυρῶν: ἰτι αὐτοὶ αὐτὰτ' ἢ καὶ σοφῶς ἐκ-
 λησιαστικῶν ἐκλαμπροτάτων πρῶτων, τῶ
 γιωτάτων βασιλείας καὶ αυτοκράτορος ἢ ἑω-
 αίων, κύριος Σολομών ὁ σιωπικὸς πρῶτος.
 Η Η 2 τὰ πρὸς

Scripta Cō-
 stantinopo-
 li.

Testantur
 doctissimū
 hunc Eccle-
 siastam no-
 bis charum
 esse.

προς τῶν ἡμῶν μετριότητα, Ὁ Ὀλιγκῶ
 νομίλησε: καὶ τῆν ἀγαπῆτων ἡμῶν ἔχο
 οθεῖ καὶ τὸ παρόρσημα ἔμεθα χάρι
 μῶν εἰς δὴ λωσιν Ὀλιγαε ἐνεκα τῆσ ἐν ἡ
 καὶ τὸ ζ π κ. ἔτ Ὁ ἀπὸ τῆσ συσάσεωσ
 πάντος, μῶν φεραρίω, ἰνδ κῶν Ὁ
 δόνη.

† Μροφάνης, ἐλέω δεῖ ἀρχιεπίσκοπ
 κωνσταντινπόλεωσ, νέας ῥώμησ, Ὁ
 οἰκθμῶνικὸσ πατριάρχης.

*Facies eius (in Sunciceri picta ic
 magna, lata, senilis, cum cana bar
 & nigro circum caput cucullo (sicu
 aliorum) in humeros descendente:*

† ΙΕΡΕΜΙΑΣ, ΕΛΕΩ, ΘΕΟΥ
 χιεπίσκοπ Ὁ κωνσταντινπόλεωσ, νέ
 ῥώμησ, καὶ οἰκθμῶνικὸσ πα
 τριάρχης.

† Η μετρίτης ἡμῶν, διὰ τῆν πέν
 αὐτῆσ γραμμάτων, πισθται τοῖσ ἐντε
 μῶνισ: ὅτι ἐνέτυχε ἡμῖν ὁ τῶ ποριφαι
 τσ πρόσθε Ὁ σοφίεσ ἐκκλησιαστίεσ, ὁ κῆρ

Collocutie. Σολομῶν: καὶ τὰ Ὀλιγκὰ σωνομίλησιν. Α
 ne Solomo- δὲ ξάμῶνι οἱ υἱοὶ αὐτῆσ, ἡ ἐδ' α, ὡσ ἀνδ' ρα
 nis huius de σῶν ἔθῶμον, καὶ χαρίτων κεκοσμημῶ
 lectati fui- ἡδ' ἡμῶν, χάριτι τῶ χριστ. οὐ ἡ χάριεσ εἰμ ἀ
 mus.

ἡμίρ, ἄμω. ἐπιτάτω οὐρ, Ἐ τὸ πα-
δικὸρ ἔγραφορ ἔση μωσάμεθα, ἡ
π? ἔτ? : †

Μλωι Δεκεμβρ. ἴθ? 2.
*Faciem eius (etsi nondum omninò
olutam) referebat pictura suaveicce-
latam, virilem, benè coloratam, cum
dicei coloris barba, cucullo supra ca-
in humeros nigro.*

† ἐγωγεῖω ἀνικε ὁ ζηγομαλάς, ἡ μέγας
ἡνεὺς τῆς διαγραφῆς, ἐν τῇ πατριαρχικῇ 3.
οὐτῇ τῷ κωστανδινούτλεως μεγάλη ἐκκλη-
σ, θιλίας χάρις τῆς πρὸς τὸν σοφὸν κύ-
σολομῶντα τὸν Σιωπικὸν (ὄρ καλῶς οἰ-
ἀνδρα πλήρη σοφίας ἡ φρονίσεως) ταυ-
ἡμεῖς μα: χαίρωρ, εἰ ἡγὼ, Ἐ ἄλλοι,
ἡμεῖς ἀνδρα τοῖς τορ: ἡ τοῖς ἐμῶ ἔθωμορ,
ἡ μωσάωρ, καὶ μοι θίλου πισότατορ: οὐ
ἡ γρηγόριον, τὸν ναζιανζῶ, οὐκ ἐστὶν ἀντάλο
ἡ γμα τῶν ὄντων οὐδῆρ.

Diligo do-
ctumvirum,
Solom. Sio-
picum.

ΕΤΕ ΤΗΣ ΧΡΙΣΤΟΓΟΝΙΑΣ
Α Φ Π.

† γεύδ' εἰς, ἀνελεύθερον: ἀλήθεια, χυ-
ἡτορ, ἡγὼ καλλισορ, δεῶ τε μέγισορ, ὡς ἡγὼ
ἡμεῖς δ' ἡλοῖ.
τῶτο γαῖρ, εἰς ἐμέθερ γε, μετ' ἀθανάτοισι μέγισορ
ἡμωρ. οὐ γαῖρ ἡμοῖ παλινώρξετορ, οὐδ' ἀπατηλὸρ
H h 3 οὐδ'

Οὐδ' ἀπλευήτητο: ὅ, ἂ κεν κεφαλῆ κα
νεύσω.

Amicitiam
Solomonis
probo, vt
viri boni.

Αληθείωμ τῶν τῶν, β. βαυδμου: τῶ
φῶρ διδ' ἀσκαλορ τῶ πῶριφανεσάττ π
βῶεω, τῶ ἀγιωτάττ βασιλέωσ ξωμα
κύριω Σολομώντα, ἀνδρα σωσάτορ εἰ
καὶ ἀρετῆσ ἀντεχόμενω: ὡε πείρα ἐγ
αὐτῶ τῶ καλοκαγαθίω. Οθερ καὶ τῶ
λίω τῶττ ἀποδέχόμενω, τῶτα ἐσπμ
σάμλω μνήμησ ἐνεκα, καὶ Γαφωίωσ πῆσ
πρὸς αὐτῶρ διαθέσεωσ, καὶ ἔν κεν ἰσῶ ἀγά
μῆ τὸ ρ π' κ, ἀπὸ πῆσ συσάσεωσ τῶ πῶ
ἐν μῶι ἀπειλίω α. ἰρ. κ: ἀπὸ δὲ πῆσ σα
ρίασ 1580.

† Ο πῆσ μεγάλης ἐκκλησίας τῶ παξίωσ
κωνσταντινπόλεωσ πρωτονοτάρι
θεοδόσι Ⓞ ο ζυγομαλῆσ.

Viribus
Solomonis
do testimo-
nium.

Πολλῆσ σωμιλῆσασ τῶ σοφῶ
ἐκκλησιασῆ τῶ πῶριφανεσάττ πρῆσ βῶεω
ἀγιωτάττ βασιλέωσ ξωμαίωρ, κύριω Σο
μῶν: ἐγνώρ αὐτῶρ ἐκ πολλῶρ σημείωρ
ἀνδρα ρησίωμ καὶ ἀρετῶρ μέτοχορ: ἰ
ἰκανὸν ταῖσ αὐτῶρ χρισότῆσ κτήσασι, εἰλ
καὶ τῶ ὁμικῆσ Νέσορ Ⓞ κρεῖτῆσ διαμ
τύρομαι: οὐ Ⓞ ἀπὸ γλώτῆσ, μέλιτ Ⓞ γ
κίωρ ξέεμ αὐτῶ. Οθερ καὶ ὑπὸ πῆσ πρὸς αὐ
ἀγαθῆσ διαθέσεωσ γράφω τὸ πῶρορ σκμ
μα. Ερ τῆ κωνσταντινπόλεσ, τῶ ρ π' κ. ἐ
ἰν Ⓞ κ, μ κη ἀπειλίω.

ΑΓΥ

† Διγυρός, ὁ μέγας ῥήτωρ τῆς μεγάλης
ἐκκλησίας.

*Succesit hic in hoc officio, D. Ioan-
Zygomala. Fori è 35. annorum est: non
litum D. Theodosio dissimilis: Paucis
tribus interiectis ab eo habitans, vir per-
manus.*

Θεὸν μάθημα καὶ Τρωτόν, οἱ ἄνθρωποι,
γνωσάμεθα ἑαυτῶν, διδασκόμεθα. Ὁ γὰρ
τὸν γινούσ, γνωσεται δέον. Θεὸν δὲ ὁ γινούσ Cognosce
αὐτὸν ἴσεται δέον. Ὁμοῦ δὲ γίνεται θεῶ. teipsum ex
καὶ ἄξιον πρῶτον δέον: ἀλλὰ φρονῶν Agarcto.
ὅτι αὐτὸν λαλῶν δέ, ἀ φρονῶν: ποίων δέ,
λαλῶν.

ἅπαντα ἐσημῶσα μὲν ὀλίγας ἐνεκα τοῦ
ἅπαντα σοφωτάτου ἀνδρός, κυρίου σολωμό-
νου ἀπὸ Γερμανίας, καὶ δὲ π. η. ἀπριλλ. (πρὸς
καὶ δὲ μέγας λογοθέτης τῆς μεγάλης ἐκκλη-
σίας.

† Αλέξανδρος, νοτάριος τῆς μεγάλης
ἐκκλησίας, ὁ ἦν τῶ ἀνωτέρω μεγάλῳ λο-
γοθέτῳ: ὁμοίως ὑπογράψας ὀλίγας χάριν
ἐν ἐγκυλίῳ ἀνδρός.

Εγὼ Γεώργιος ὁ λογοθέτης τῆς μεγά-
λης ἐκκλησίας, πολλάκις ἠνώθην μετὰ
τοῦ σοφωτάτου καὶ λογωτάτου κυρίου σολο-
μῶντος τοῦ Σιωπικῆ, καὶ διδασκάλου τοῦ
πρῶτος τοῦ βασιλέως Ἰωάννου: καὶ ὀλίγας
ἐλάλησα: ἵδον δὲ ἄνδρα, οὐ μόνον
σοφώτατον

Placet mihi
vir doctrina
præstans,
Sol. Siopi-
cus.

σοφώτατον, ἀλλὰ καὶ ἰσορροπώτατον καὶ
πάντα, καὶ φιλολόγον. Διὰ τὸτο, ἔνε-
τῆς γνώμης αὐτοῦ, καὶ ἐλίας, ἐν τῇ
βίβλῳ γράφα μνήμης ἐνεκα. Ἐν τῇ παλαιᾷ
ἁγίῃ ἐκκλησίᾳ τῆς κωνσταντινουπόλεως, καὶ
τὰ τὸ ρ κ. ἴνθ. ἀποκτίσεως τῶ
τός: ἀπὸ δεξιῶν 1580.

*Hic Georgius, est annorum
circiter 30. procerus, μελοσὸ πώγων, ἁ-
manus. Proximo post Theodosij Zy-
gom. nuptias anno, ὃ ἴψε ru-
ellam duxit.*



Episto

Epistola continens

IODOEPO
ICONNAVI
ATIONIS EX CONSTAN-
nopoli in Syriam, Palaestinam,
& Aegyptum: & montem
Sinai, &c.

ITEM
E PERSICO BELLO,
circumcisione Mahometis filij Imp.
Turcici, alijsq; rebus Constantino-
poli superiore astate
actis.



D. DAVIDI CHYTRAE

S. D.

Literas meas, proximo anno, in
 se Julio Byzantij datas per
 visimum virum N. N. hunc
 rati tuae transmissas esse, min
 dubito. Postquam autem
 singulari Dei beneficio, ab itinere meo Byz
 tino & Hierosolymitano, feliciter Viennam
 reuersus: intermittere non debui, quin H
 denud scriberem, partim vti de itinere meo,
 ca referrem, partim vti de Persicarum re
 statu significarem, atq; etiam de consilio &
 posito meo H. T. certiore redderem. Ea e
 non grauatè H. T. interlecturam esse arbit

PROPON-
 TIS.

Itaq; postquam literas (vti vocant) s
 passus à Sultano obtinui, ipsis Calend. Sep
 anno proximo Byzantio discepsi, atq; ascens
 ni Turcica, per Propontidè, à sinistris Chalce
 nem, quam Cadichoi, Iudicis pagù: Procone
 Insulam, quam Marmora hodiè vocant, à d
 tris, verò Heracleam perpulcro in loco sita
 relinquentes: Callipolim peruenimus. Ex cu
 aduerso vicus viderur, vbi quondam Lapsac
 fuisse constat. Inde per Hellepontum nauig
 tes, atq; Abydum, & Seston: (arces hodiè su
 verum cum alijs de causis tum maximè X
 xi, magniq; Alexandri transitibus multum
 bi lita

HELLESP.

ata) transeuntes, fluiolum Simoenta &
eum promontorium, ipsumq; locum, vbi fa-
sissima Troia olim fuit, accessimus.

Sigaum promontorium ad fauces, Helle-
ti situm, Capo dilanizari à nautis Italicis **TROIA.**
ie vocatur. In eo duos noxam tumulos terra
pyramidalem formam congestos, vnum in
dio promontoriij, alterum remotiore loco, in
te australi versus Tenedon, situm, quorum
vnum Thessalici Achillis, secundum verò Aia-
Telamonij esse, ex Pliniana, & Peri Gyllij
criptionibus crederem.

Relinquentes à dextris Lemnum & Tene-
don, atq; ad littus Phrygium navigantes a-
renisimos Troianos campos, in quibus à præ-
stantissimis Heroibus tot annos tam egregie est
agnatum, magna cum voluptate aspeximus.

Lesbum inde, quam Metelim, à ciuitate
intus est, & Chium, quam Zio vocant, vi-
simus. **CHIVS.** Simsula à Gencuensibus diu
abitata, & multis superbis adificijs & hortis
moenis ornata, atq; abundantia fructuum, vi-
q; & Gummi, quod Mastich dicitur, bonita-
multum celebrata, hodie præ reliquis provin-
ijs Turcica Tyrannidi subiectis (propterea quòd
desperatis defensione & auxilijs, depositis ar-
nis sponte in Turcarum deuenerit potestatem)
olerabilem habet seruitutem.

Vlte-

*Vterius nauigantes, à sinistris Ephesum
finum, vbi nunc ciuitas est, quam Turca S
rassar vocant, à dextris Samum & Nica S
habuimus. Ha insula antiquitus admodum c
bres, sub Turcis hæcenus, vt pleraq, alia in
re fuerunt, nunc paucis Græcorum pagis re
incipiunt.*

*Inde Pathmon & Coum, quam la
hodie vocant, cum multis alijs insulis & sc
lis præternauigantes, Rhodum, ciuitatem
RHODVS. mibi quidem videtur) totius orientis pulc
riam peruenimus. Nam quemadmodum a
quitibus Hierosolymitanis exstructa est, ita
dè videtur integra, nulla ex parte vasta
Nullitamen Christianorum in ciuitate vel
bitare, vel per noctem commorari absq, ve
licet. Hic cum propter alias causas, tum n
ximè, quia Melitensium triremibus mare
festaretur, ideoq, nullam discedendi ex Ins
commoditatem haberemus, per duos menses
morari sumus coacti.*

*Mense demum Nouembri discessimus,
trium dierum spacio in Cyprum nauigauim
atq, visis Salinis, Niconia, & Famagusta (qu
est valde munitum oppidum) Tripolim Syr
parua nauicula, non sine magno vita pericu
peruenimus. Vbi per aliquot dies commora
tandem per radices montis Libani, vallemq,
tiochenam & fluuium Orontem, (quem Fax
in sacris literis nominari constat) quinque die
Damasco*

amascum, quae Syria caput est, atq; amani-
s in campis sita, attingimus. Comanorati hic
quibusdam diebus, & visis ijs, qui videri
ent, cum praefecto Samaritano, quem Sangi-
begum vocant, in Palaestinam sumus profecti,
transcentes fluum Jordanem ad lacum
machonitem, vbi ponte iungitur lapideo, ad
gnum venimus Genesareth, vbi in pago Bet-
da, & fertilissimo solo sito, per tres dies sub-
timus, progressi vltcrius per pagum Magda-
& Tiberiadem à sinistris relinquentes, ad
ontem Thabor, indeq; habentes à dextris Na-
areth, Saluatoris mundi patriam, per pagum
aim & Iesiceel, campastrum Galileam, in Sa-
aritanum peruenimus solum. Samaria diruta
& solo equata, alia autē in vicinai condita
t ciuitas, quam Turci Napolosam, Iudaei Si-
nem, Christiani Samariam nouam vocant.
nde per horridos & incultos montes, spacio di-
vnius, Hierosolymas ventum est, quam ciuita-
em sanctissimam, muro pulcrā cinctam, &
orma ferè quadrata exstructam, atq; 4000
assuum in circuitu habentem, magna cum lati-
ia sumus ingressi, atq; quatuordecim dierum
dacio, omnia loca memorabilia, quae in ciuitate
& foris monstratur, ita vidimus, vt neq; pro-
anarum rerum, neq; superstitionum contemto-
es esse videremur.

Illinc discedentes per vallem Terebinthi,
virtute Davidis, & morte Goliath nobilitatam,
Liddam

DAMAS-
CVS.

PALAE-
STINA.

Samaria.

IEROSO-
LYMA.

GAZA.

Liddam amœnissimis in campis sitam, & Martyrio sancti Georgij illustratam, Ramantandem Gazam Philistorum olim metropolim & multis casibus, diu maximè Samsonis ge& magni Alexandri periculo celebrem ciuitatem intrauimus: Monstratum etiam nundie, mons circiter mille passus à ciuitate distans in quo Philistai adorauerunt idolum Dagon & in quem Samson fores ciuitatis asportauit. Hæc uero esse magno consensu Iudæi pariter Turcæ, Christianiq; affirmant. Hodie in monte hæbetur Turcarum Templum, ut ex scripturis uel certè suppressa istius in locis Christianæ religionis, Idolum Dagon dignum sit natiuitatis successorem, damnatum & diabolicum Metrem.

ÆGYPTVS.

Decem deinde dierum spacio, per desertum, CAIRVM seu Memphim famosissimam per orbem urbem, peruentum est, atq; in Mummis alijsq; memoria dignis rebus mirabilibus, maximè pyramidum structuris, quæ modò Ægypti, sed totius Orientis miracula possunt, atq; tantò magis, quòd vna ex septem mundi, ut dicitur, miraculis, integra adhuc uis, nimiq; ex parte vastata, reperiuntur, atq; a uersi consummationem, montium instar ostentare posse uideantur. Harum vnam, eam maximam ascendit, atq; per gradus mensuratum, reperiq; in altitudine diametrali 300. pedibus, totidemq; habet in latitudine quodlibet latitudinis.

us, ita vt in circuitu habeat 1200. cubitos si-
passus vulgares. His itaq; sic visis per Arabia
erta, & sinum maris rubri, interitu Pharao- Mons S I-
& liberatione populi Israëlitici memorabi- N A I.
a ad montem Sinai proficiscimur, atq; vi-
sibus, qua à peregrinantibus ijs in locis videri
ent, ascendentesq; in montem SINAI, & al-
um; qui à Diua Catharina nomen habet,
pyrum reuersi sumus, 18. quam inde egressi
imus die, postquam in desertis propter aqua-
n dulcium (salsum enim plerunq; & acidum
solum) penuriam, & panis paucitatem mul-
n laborauimus.

Cayri paucis diebus commorati, secundo de- NILVS.
de Nilo, trium dierum spacio Rosetum empo-
lum venimus. Nilus eo tempore anni (erat
oximo Martio) nequaquam videbatur equare
anubium nostrum, siue profunditatem specte-
us, siue latitudinem atq; etiam ipsam cursus
piditatem. Transeuntes postea denuo Ni- ALEXAN-
m, sex horarum spacio Alexandriam terrestri DRIA.
inere petuenimus, vbi per octo dies subsistētes,
vrbis percelebris situm, aliq; memoratu
gna perlustrauimus.

Interim quoq; accessi Meletium Proto-
angelum Calogerum Gracum, & montis san-
a CATHARINAE (ita monasterium vo-
ant) fratrem, virum & scientijs humanis, &
teris sacris admodum eleganter doctum, Lati-
è pariter & Italicè loquentem, vnicum inter
doctos

doctos, quos in hac peregrinatione videre li-
iudicavi aptum, quo cum H. T. amicitiam
ret, cuiq; oblata occasione scriberet. Na
ipsi, uti ad H. T. literas daret, persuasi, id
fecit, quamvis uti ipse per schedulam mihi
lit, pra temporis angustia tumultuario
Eas igitur literas mitto, atq; H. T. grata
re arbitror, cum propter viri doctrinam,
maximè propter vita & morum modestiam
que in conferendo suavitatem. Arbitror au
hunc virum tantum scientiarum habere, qu
rum homo Graecus hodie habere possit. De
sua is quidem valdè subtiliter differit, sed
men ita, uti omnia sincero & puro animo a
vlla bile, loqui & sentire videatur. Ipsi pro
me Bizantio missurum esse librum, quem H
de lectione historiarum conscripsit. Id quod f
ipsiq; gratissimum fuisse compertum habeo.
hac de Protocingelo viro doctissimo, qui &
xandrinus Patriarcha speratur crediturq;
turus.

Tempestas.

Nos Alexandria discedentes, Trivemi
Turcicis Rhodū reuersi sumus, verū varijs
pestatum procellis agitati sumus. Nam cont
rijs, ijsq; vehementissimis exsurgentibus ven
rum flatibus, per quatuor dies totidemq; noc
huc illuc non modò iactati sumus, sed icibus
impetu vndarum ita cōquassati sunt irrem
ut rostra pleraq; amitterentur, remi fran
rentur, remones perderentur, omniaq; in vni
rum

& fluctuum potestate posita esse videren-
t ut iam iam extremum cuius diem instare
diceremus. Verum tandem manifesto DEI
erentis auxilio, periculo sumus erepti, atque ad
us Asiaticum in sinum quendam tempesta-
toniecti, praesentissimum mortis effugimus pe-
culum.

Refectis ibi triremibus, Rhodum, indeque
mare Aegyptum, Propontidemque, festi circū-
sionis causa, quod nunc preparabatur Sultha-
ni filio unico, Mahometi, quindecim vel 16.
norum puero, Byzantium 23. Aprilis reuersi
mus.

Inchoabatur festum circa nonum Maij, FESTVM
aravitque ad 22. Iulij. Incedebat saepe per ciui-
CIRCVM-
tem, magna cum pompa Sulthani, comitatus
CISIONIS
lio. Varia animalium & volatiliū forma
TVRCIA
& saccharo confecta circumferebantur. Ciues, CAE.
& piscesque omnes, artis & scientiarum suarū in-
gnia, Christiani pariter & Turca, Iudaeique in
onorem Sulthani crescentis, magna cum laci-
a circumducebant, totaque vrbs in leticiam &
triumphum soluta esse videbatur. Praeterea
nulla erat societas, quae non aliquod egregium
artis suae opus Sulthano offerret, quibus ipse
contra, non aliquid largiretur. Ludorum
però locus erat Hippodromus, vbi Sulthani in
edibus, quae olim Habraimi fuerunt Bassae, cum
silio residens, ludos varij generis inspiciebat.
Aderant praeterea primarij Turca omnes, & le-

Redit Con-
stant.

ri Regum & Principum ex toto ferè orbe c
uocatorum. Inter Christianorum legatos
peratoris Romani orator: inter Paganos
Ethnicos Persarum Regis legatus primùm
buit locum. Edebantur ibi varij generis lu
varia pugnarum & certaminum forma, a
expugnationum diuersi modi, & simulac
monstrabantur. Ignis artificiales magna c
arte confecti de noctu accendebantur. Plura
autem in Turcarum honores & laudes, atq;
Christianorū ignominiam fingebantur. Et
præterea qui miro artificio atq; agilitate in s
nibus ambularent atq; saltarent, multaq;
dextrè & compositè in funibus ederent, quæ v
alius in firmo solo imitaretur, vti meritò La
nicus. Chalcondyles hac re Turcarum gente
mortales omnes longè superare dicat. Saltat
nes de nocte fiebant. Comœdia & Tragedia
Christianis & Hebrais eodem quoq; tempo
agebantur, innumerabiliaq; alia spectacula n
ctè dieq; videbantur. Depugnabant etia
fera, inter reliquas porcus domesticus, ex ad
Oratoris Casarei petitus, cum tribus Leonib
modico interuallo ita pugnavit, vti eorum in
petum non modò egregiè sustinuerit: verò
nisi vno pede ligatus fuisset, forsitan etiam e
fugasset, vicissetq;. Vnum certè, eumq; vlt
mum ita naso excepit, vt subrus supra volu
retur, turpiterq; aufugeret, magna cum Tu
carum verecundia & rubore, qui Leonibus s
porc

is Christianos, Germanos maximè compa-
ant.

Vnum erat miserabile animis Christia-
spectaculum, quod ingēs numerus Christia-
um, ex Græcia Mysiaq³, atq³, ex Insulis, quo-
de afflueret, qui sturnatim in honorem Sul-
ni, in sui verò perditionem, publicè abnega-
nt fidem Christianam, atq³, Mahometica su-
stitutioni & impietati magno cum Christia-
rum gemitu sese addixerunt. Ludorum ve-
exitum & catastrophen, Ianizarorum &
abiorum (quos vasallis siue beneficiarijs no-
is comparari soleo) in Hippodromò excitat-
tumultus dedit. Is verò consilio curaque
receptuorum Turcarum, quamvis non sine peri-
culo, & tumultuantium praefectorum (y erant
ianizarorū & Spahiorum praefecti, quos Agas
deant) depositione accideret, sedatus est. Im-
erator paucis post diebus in Regiam, quam in
osphoro habet promontorio, recessit, ibiq³ Re-
um & Principum Legatos audiuit, atq³, mu-
era donaq³ accipens, eos dimisit. Finitis lu-
is osculatq³ Sultani veste, legatus Impera-
oris nostri, Stephanus Nicius Hungarus, By-
tantio discessit, circa 7. Augusti, quem cum
quibusdam alijs & ego comitatus sum. Itaque
per Thraciam iter facientes primum Selym-
briam ad Propontidem situm oppidum, hodie
Selibree dicitur, deinde Chiurelum vicum,
clade Selymi primi contra Baiazetem pa-

Redit per
THRA-
CIAM.

trem ibi pugnantis memorabile, posteaq; E
 drianopolim, quam Edrinè Turca vocant,
 confluentem Hebræ & Tunsa sitam, peruenit
 Inde Philippolim (Turcis dicitur Philippe)
 fl. Hebrum, quem Marizam hodie vocant
 amenissimis & visu iucundissimis campis sit
 transeuntes, ad Hemi montis fauces seu furc
 quas Turca Capidervend. h. angustiarum p
 ras vocant, accessimus, ijsq; non sine difficult
 superatis, in campum, quinq; cura milliariu
 Italicorum longitudinem habentem descen
 mus, inq; eo Ioannem Hunniadem, Chasam
 Bassam pralio superasse ferunt. Turca verò
 eorum potius, quam armorum prasidio cont
 victorem, in angustijs Hemi montis sese defe
 dentes, Hungaros, quo minus in Thraciam
 rumperent, atq; victoriam prosequerentur, p
 hibuerunt, quæ impeditio multarum ali
 rum calamitatum, & cladis Varnensis fueru
 principium.

Bulgaria.

SOPHIAM inde, Triballorum si
 Bulgarorum caput, nunc Græci Beglerbegi
 des est: tribus post diebus Nessum, quam Ni
 sam hodie vocant, transeuntes, deniq; stricti
 simas valles, altissimis montibus cinctas, at
 gimus. His prope fl. Næssus siue Nissa est. Tran
 untes deinde fl. Morauam, Seruiam siue Mys
 am ingredimur, atq; quatuor dierum spaci
 propè Sinderouiam, relictis à dextra Columbin
 campis, clade Sigismundi Regis nobilitatis a
 Dan ubi

SERUIA.

nubium peruenimus. altera die Belgradum,
Savi Danubijsq; confluentem suum.

Inde in subiacentem Hungaria planiciem, VNGARIA
adiferis collibus distinctam, tanquam in Pa-
disum terrestrem, inspicitur. Vnde non mi-
n est, quod Turcarum auida & rapaces gen-
s, expugnato Belgrado, tam nobile regnum,
positis etiam maximis cladibus continuo ap-
tuerint. Est namq; Vngaria hominum ro-
re, caeli clementia, soli fertilitate, pabuli iu-
entorumq; & metalkoru omnis generis, viniq;
nitate & copia, nauigabiliu fluminum, & ir-
guorum annuum commoditate, praestantissi-
nis annumeranda Europa, Asiaq; prouincijs,
larisq; verò etiam praeferenda, vt vel hac soli
bertas nos excitare deberet, vti relictis areno-
is, horridisq; quibusdam locis, in quibus magna
um ignominia saepe consensimus, more maio-
um nostrorum, bellum iustissimum, cum primis
disce turpissimis hominibus inferremus, atq; di-
tam execrandamq; gentem, ad exitium Rei-
pub. Christiana natam, aut funditus extirpa-
remus; aut saltem ex nobilissimo Hungaria re-
gno expelleremus, atq; ad origenes, nefandã tur-
pissimamq; gentem, redire cogeremus. Praefer-
tim eum tot maiorum nostrorum cladibus, pro-
prijsq; iniurijs simus toties superbissime prouo-
cati. Nos transmissio Savi, in Zeugminum,
indeq; in campum, quem Francochorion, à
li 3 Francorum

Francorum clade, Graeci appellant. Ind
trium dierum spacio ad Drauum fl. & Essec
oppidum, clade Cazzianeri ducis, & inter
Germanicarum legionum illustratum per
nimus. Indeꝑ, diei vnius spacio ad oppidulu
Mohaz, quod interitu suo suorumq; miser R
Ludoicus, à Solymano ibi fugatus, nobilitauit
Postero die Tolnam ventum est, vbi medior
vtuntur ciues libertate.

Binis inde diebus BVDAM Hungaroru
olim Regiam, ingredimur, vbi per aliquot di
commorati, donec Legatus cum Bassa istius lo
colloqueretur, postea discessimus. Budam ant
fuisse ciuitatem perpulcre ornatam constat.
hodie ita à vastatoribus Turcis destructa est,
ab antiquis habitatoribus vix agnosceretur. I
Christiani templum habent Diuae Marthae con
secratum, cuius chorum pontificij, corpus eccl
sia reliquum tenent Augustanae confessionis ho
mines, quamuis Caluini placita (vix tota fer
mè Hungaria) sequi videantur.

Buda discedentes, Sambucum primum, inde
q; per syluestria & inculta (vix in consinibus sic
ri assolet) loca, Thatam, quam Dotis nostri ap
pellant, primam Imperatoris nostri arcem. Indeꝑ
Comarum arcem natura opereq; valde muni
tam: Laurum postea, quam Raab Germani
vocant: Altenburgum, & tandem Viennam 20
Septembris, magno cum desiderio. & latiti
(barbaricae gentis conuersatione tanquam car
ceribus liberati) ingredimur. Ha

Hac equidem sunt, qua de itinere meo bre-
er, & uti dicitur, summo digito tangere,
eq₂ Humanitati significare volui. Nam de
gulis latius scribere, neq₂ temporis huius an-
stia neq₂ forsitan etiam literarum leges pati-
tur. Si Deo placuerit, coram aliquando de
rebus conferemus.

VNC sequitur, uti DE PERSICA PERSICA.

RVM rerum statu pauca quadam refe-
m. Superioribus meis literis retuli quemad-
modum bellum in Persicam sit susceptum, atq₂ a
Mustapha Bassa administratū, quomodoq₂ suc-
cessor Mustapha, Sinan Bassa, fame pesteq₂ ex-
citum inuadentibus, in extremas apud Efrum,
Syria ciuitatē, sit coniectus difficultates. Iam
quemadmodum postea res sunt administratae di-
am. Videns Sinan Bassa necessitatem presen-
tem, & extrema quaeq₂ non tam ab hoste, quam
fame pesteq₂ timens, atq₂ exercitum diuidere,
neq₂ tutiora loca reducere cupiens, cum Persis
etiam antea se suis & de pace sollicitis ita egit,
ut legatum ad Imperatorem, Byzantium, pa-
is causa mitterent, promittens eis surum se sum-
moperē, uti Imperatori tolerabilibus conditio-
nibus pacem persuadeat. Qua re contenti Per-
sa, inducias cum Sinan Bassa, donec de pace age-
retur, pepigerunt. Itaque ille ab exercitu di-
scessit, atq₂ 7. Calend. Augusti anno proximo

Byzantium intrauit. Vbi summis honoribus
eunctis Turcarum prefectis, tanquam Proto
zirius Bassa, & ab Imperatore secundus est
ceptus.

PERSICA
PACIFI-
CATIO.

Legatus verò Persicus, hoc demum anno
circa 14. Calend. Aprilis Constantinopolim
ijt. Is Persico Regi sanguine iunctus esse di-
tur, Ibraimo Chan nomen est, homo, qui & ani-
mi & corporis dotibus insignis, etiam à Tur-
hostibus suis pradicatur.

Hic vbi de pace cum Turcis agere incip-
ret, non inuenit talem rerum euentum, qualis
ex Sinan Basse pollicitationibus sperasset. Nam
Turca Regnum Media integrum sibi conce-
dunt, propterea quod aliquam eius parte
principio belli occuparint. Persa econtra
modò Media non cedere volunt, verum etiam
quod sibi iniuste ereptum esse conqueruntur,
gore pacis, restitui debere postulant. Cum au-
tem diu multumq; res agitata esset, Persa pa-
cis amore quaedam concedere, atq; iniuriarū
liuisci velle, non obscure demonstrarunt. Vt ve-
rò Turca de proposito suo nihil remittere velle
videbantur: ita tandem discessum est, ut a
Persarum Regem legati mitterentur, eius super
hoc negocium voluntatem scrutaturi. Interim
dum illi mittuntur, atq; etiam festum filij Sul-
thani inchoaretur, cui Persarum Legatus quoq;
intererat: Osman Bassa, quem ad ferreas porra
(qua

us Turca Temirecapi vocant) cum praesidio
carum habere, antea scripsi, eruptione in
diam facta, multum habitatoribus istorum
rum, induciarum tempore nihil mali metu-
bus, damni intulit. Verum superuenier-
is Persis, quibus neq; numero militum, neq;
ute par erat, in fugam est coniectus, multi
carum trucidati, prada omnis recuperata
Turca autem, & tormentorum bellicorum,
q; praesidio, contra Persas in praedictis portis
reis, sese facile defendunt. Haec vbi celeriter
Zantij nunciata sunt, & quod Osman in Per-
culpam deriuaret, tanquam ipsi induciarum
pore, in Sulthani regionem, armati venis-
t, atq; Turcas incautos oppressissent, Sult ha-
ira correptus, Persici Legati sedem, quam
Hippodromo spectandis ludis, habebat, dirui
sit, atq; legatum adibus exire prohibuit.

Fertur praeterea, quod Osman, acceptis
Zantij hominibus adificandi triremes peritis,
instrumentis, decem proximo anno triremes
littore Caspji maris adificavit, quodq; inte-
nam classem (id quod antea saepe frustra ten-
atum est,) instruere in animo habeat. Quod si
a fiet, de Persico regno actum esse videtur.
nam Persis nautica scientia & naualium pu-
narum ignavis, ea, qua mari proxima loca
ant, Turca, sine magna difficultate erepturi
esse videntur. At itaq; paulatim infirmiores fa-
Ii s Et, et

Et, etiam terrestri exercitu, Turcis resistere
quibunt. Quamquam alias Turca admo-
grauare, contra Persas, tanquam eiusdem
perditionis homines, atq; in vastatas regni
proficiscantur. Hæc de Persicarum rerum
tu, ita ab hominib. fide dignis Byzantij acco-

Circa idem tempus, quando Turcarum
exercitus in Media cæsus esse ferebatur, memo-
bili quoq; clade affecti sunt in Hungaria Tur-
carum prædatoria cohortes.

Clades re-
cens quorū-
dam Turci-
corum mili-
tum in Un-
garia.

Nam circa 6000. Turcarum se cong-
garunt prædandi causa, atq; in Sepusian-
leriter irrumpentes, oppidulum Onod incen-
runt, multaq; Christianorum capita, atq;
gentem prædam abduxerunt. Verum eorum
ditum, nostrum quibusdam apud Agriam, qu-
Erlam vocant, præstolantibus, atq; leuibus præ-
lijs hostem aliàs longitudine itineris, præda-
onustum laceffentibus, atq; agrè pugnantibus
Turca hos numero vicerunt, atq; in fugam ve-
terunt, aliquos etiam viuos ceperunt. V-
autem destinata auxilia superuenerunt
(duo millia equitum Hungaricorum erant)
prælium renouatum est, & acriter hinc
cundò pugnatum, Turcis numero, nostris vi-
tute confidentibus. Sed cum dubia esset victo-
ria, centum quinquaginta equites Germani
sclopatrij, superuenientes, eam certam fecerunt.
Ii namq; à latere in Turcarum aciem in-
missi disphlosiq; sclopetis eam subito soluerunt
turba

baueruntq̄. Atq; ita in fugam coniecti
es, inulti casi captiq; sunt, vitam pariter &
dam amittentes.

Hac noua vi Byzantium allata sunt, mul-
n turbauerunt Turcarum animos, quod Per-
um bellum, iam ante quidem inchoatum, nō-
m autem finitum esset: Nunc alterum, Per-
o forsitan grauius, ab Hungaris Germaniq;
m quibus inducia pacta, fermè elapsa essent,
hoaretur.

Sinan Bassa verò, aeternum fouens in Chri-
anos, Germanos maximè odium, cum sit pra-
rea ingenio immitti, & turbulento, praesum-
osq; euocatis nostris interpretibus, Oratori
esareo significare iussit, se eum, suosq;, quos
cum haberet, tanquam nugatores, nulliusq; fi-
i homines, perpetuis carceribus damnaturū.
terpretes autem ipsos, tanquam omnium pes-
nos, crucibus, palisq; affixurum esse. In Hun-
riam verò se cum exercitu profecturum, atq;
us reliquias ferro igniq; vastaturum.

Verum postero die Sangiacbegus quidam
e Hungaria aduenit. Is vi in conspectum Bas-
rum peruenit, atq; de hac re interrogatus es-
t, respondit: Turcas nulla causa motos, in Im-
eratoris Christiani regionem hostili animo
profectos, praedam amplam abduxisse, eaque
nustus, hostili in solo casos esse. Hac
vbi

ubi à fide digno praefecto ita relata indic
confirmata sunt, atq; etiam Imperatoris leg
tum cum donis ordinarijs aduentare, nuncia
tur, ita sepita sunt.

INDV.
CIAE no-
stræ cum
TVRCIS.

Inducia nostra cum Turcis anni spa
ederentur. Si Persa pacem, nos forsitan belli
habituri sumus. Nam quamuis Sult hanus, n
grauare, cum Imperatore nostro pacem renou
ret, tamen à Sinan Bassa, alijsq; plerisq; Turc
multis magnisq; pollicitationibus, in nos con
tatur, ita vt haftenus de pace futura nihil ce
sciamus. Bellum autem, an pacem cum Tur
cis habeamus, vnum & idem mihi esse videtur.
Nisi quod hac pacis opinione decepti plus Regni
num amittamus, atq; plures Christianos in ser
uitutem quotidie abduci videamus, quam bene
tempore nunquam factum est, & quod est or
nium pessimum; hoc in ocio, disciplina nost
militaris, qua optima nobis à maioribus nost
tradita est, paulatim deprauetur, atq; in nil
lum redigatur. Ita vt non pacem, sed lacri
mas, miseris conscribis Christianis, nobis ve
ipsis, bellum intestinum, miseras atq; seru
tutem certissimam (saxit Deus vt fallar) nost
pecunijs, quas insatiabilibus istis belluis, quo
annis dono mittimus, mercari videamur. V
rum hac potius deplorari (proh dolor) quam
mendari posse videmus.

Vltimo, quod ad statum rerum mearu
attine

net, sciat H. T. me hactenus beneficio &
ericordia Dei bene valere, resq; meas medi-
in statu esse. Certis autem & grauibus
ausis decreui, auxiliante Deo, intra men-
spacium, in Hungariam militatum abire:
esertim, quod cum essem admodum puer,
um hac de re feci: nuperrime autem in pro-
aa peregrinatione, videns quibus quantuq;
tumelys, à turpissimis belluis Turcus, Christi-
homines afficiantur, votum renouaui, me-
lam esse pugnandi in Christiani nominis ho-
s, commoditatem omisurum. Et quidem
n antea, ea de caussa, sub auspicijs Ioannis
striaci, in Italia atq; Melita militaui. Vri-
n autem me fortuna in eum diem seruaret,
ando Christiani Principes aeternum in hostes
petuos concluderent bellum, fortunatum &
icem me post habitis extrarijs rebus omnibus
dicarem. Hoc verò nisi fiet, ego tamen mi-
ipsi non deero, quin seruem id, quod promisi
q; vna cum quibusdam alijs nobilissimis ho-
nibus pugnando pro salute communi, atque
tria charitate, ita me (auxilio diuino) geram
ti mortuus, viuusq; non immeritò laudari pos-
m. Imperatoris aduentum exspecto, cuius
ostquam suero osculatus manus, subito votum
esoluam. Deus autem, in cuius manus nos
ommendamus, talem det rerum successum,
ualem in optima causa precamur speramusq;.

Verum

Verum de his multiq̄, alijs rebus, spero me
quando coram cum H. T. collocaturum. In
rim eam cum tota domo, amicisq̄, in omnipot
tis atq̄, miserentis Dei, manus commende

*Data Vienna Austriacorum, Ca-
lend. Octobris. Anno
Salutis 82.*



DE STATV
CCLESIAE ET
RELIGIONIS IN AETHI-
OPIA SVB PRAE-
ciofo Ioanne.

MATTHÆI DRESSERI
*professoris vtriusq; Linguae & Hi-
storiarum in Academia
Lipsensi.*



DE STATV E
CLESIAE ET RELIGI
NIS IN AETHIOPIA
sub precioso Ioanne,

Oratio.

HARS EST HISTORIA
ria utilis imprimis & n
saria, circumspicere &
se sedem Ecclesia DE
terris, vbi sonet vox de
na caelestis, & qua me
pietate, religione, ritu,

monijsq; solennibus Deus colatur. Ita eni
genda sunt historia, vt prapcipua cura con
damur & intueamur cultum Dei in Ecc
posteriore loco discipline, iusticia, fortitua
modestia, & aliarum virtutum exempla i
litijs percipiamus. Ita ergo dua existunt
tes in historiarum lectione spectanda, qua
vna pietatem erga Deum, altera iusticiam
ga nos ipsos & alios, comprehendit.

Ac de iusticia quidem politica extant
rationes copiosa, concionesq; diserta in hist
Græcis & Latinis, vnde monumenta reru
temporum, locorum & hominum in florent
nis orbis terra partibus cognosci possunt. A
Ecclesia & religione. quam pauca hist
mandata sunt? Etenim qua in historia bib
com

ECCLÉSIA ÆTHIOPICA.

memorantur de sanctis Patriarchis, Ducibus, Sacerdotibus, Regibus, Prophetis, & denique etiam Apostolis, ita contracta sunt, in angulis, deducta, ut non nisi ad Palestinam, quae us admodum finibus circumscripta fuit, inere videantur. Nisi quod de finitimis Aegyptis, Syris, Assyrijs, Græcis, & de Romanisacula aspergantur. Reliqui autem Ecclesiarum rerum scriptores an non iisdem ferè finibus descriptiones suas definiunt?

Iam verò dubium non est, Ecclesiam multo magis patere gratiamque diuinam ad omnes gentes in singulis orbis terræ partibus & angulis stare. Assueuerat enim firmissimè vox cælestis, ad fines terræ regnum Christi diffusum & statum iri. Amplius igitur spectare & ad omnes mundi plagas contueri necesse est: ut tam è lateque disperse doctrina de Deo vestigia cognoscamus. Nam & in omnes partes nos circumire oculos Esaias iubet, & ad fratres, qui passim easdem nobiscum afflictiones in mundo sustinent, respiciendum esse. Diuus Petrus monet: ut in tam doctrina quam patientia documenta eius capiamus.

Cum itaque tanti referat statum Ecclesia toto orbe terrarum vangantis exploratum habere: magnus profecto cumulus ad cætera Dei beneficia in hoc extremo tempore accessit, quando et florentia regna, exteræ nationes, ignota In-

sala procul disita ora partesq; terrarum p
 facta sunt: vt beatum hoc nomine pradica
 culum nostrum iure omni conueniat, quo t
 multa de distantium tanto interuallo popu
 rum religione & moribus fama & auditione
 cepimus. Quod sane cum consideramus paulo
 rentius, aliter existimare non possumus, quam
 se hanc vltimam scintillam, qua deflagrante,
 teritura sit mundi machina. Quo magis e
 flamma illa hactenus micuit, & nunc ad inte
 rum ruit: eo propius etiam à sine suo abesse mi
 dum conijcimus. Nondum vnus seculi etas ex
 ita est, cum fama de Aethiopum religione
 aures nostras primum peruenit. Qua quia
 multis partibus cum Christiana consentit,
 speciem pietatis honestam habet: cognitione
 stra dignissima est habenda. De hac igitur qua
 tum orationis instituta modus ex postulat, exp
 care aggrediar: vt & vbi & qualis sit, quibus
 inuicem caperit Aethiopica Christianorum Ecc
 sia, constare possit.

Sita est Aethiopica hac in Africa ad M
 ridiem, ex quo etiam Meridionalis appellatur.
 Zona torrida, tropico Cancris, & equinocti
 circulo interclusa: quamuis magnam parte
 ipsum equinoctialem versus capricorni tropicu
 transcendat. Aestas ibi gemina est in anno,
 ferme perpetua: vt vno tempore in alijs ag
 fiat sementis, in alijs vero messis. Alicubi sing
 lis me

AETHIOPIA.

mensibus noua fruges, legumina praesertim sentur. Homines solis ardore aduruntur, vt nesciant Enudi incedant. Nisi quod gossypio vel rigo pudenda contegunt nonnulli. Ampla est alde, & regna ferme 40. complectitur, vt prope Europam, vel totum orbem Christianorum magnitudine sua aquet. Initio quidem non am- atibus, adiectis vicinis regnis, mirè aucta & m- plata est. Nam ex omni parte infidelibus Eth- nicis & Mahumetanis Christiana regionis hosti- us septa est, cum quibus bella assidua gerit, & omne studium curamq; ad hanc operam Chri- stianus Aethiopia Rex conuertit, vt quam plu- rimos ab idolomania Ethnica ad Christianam fidem traducat. Ferunt tam acerbum esse & im- mane quorundam vicinorum Aethiopum in hos Christianos odium, vt nulli vxorem ducere lice- at, nisi iusiurandum dederit, se duodecim Chri- stianos occidisse.

Rex Aethiopia nominatur non Presbyter, quorundam fert opinio, sed preciosus Ioannes. Nam Aethiopica lingua Ioannes Belul, quod est preciosus seu altus, dicitur: vt penè cum Principum nostrorum ritulis congruat, qui illu- stres & excelsi vocantur, vt euectos & elatos supra alios mortales esse intelligamus. Estq; hoc commune nomen omnibus Aethiopia Re- gibus: Quemadmodum Aegyptiacis Regibus

Pharao, siue Baro, vt nos dicimus: Romanis Imperatoribus Augustus, hoc est, $\sigma\epsilon\epsilon\alpha\sigma\delta\zeta$ seu re-
rendus. Nec Sacerdos est professione hic preciu-
Ioannes, sed politicus Magistratus, nec tam re-
gione & legibus armatus, quam armis decora-
Imperator.

Columnam tamen fidei se ipse vocat, idcirco quia custos est fidei Christiana, & non solum potestati ditioniq; sua subiectos populos ad fidei Christiana professione adhibet, sed etiam hosti vi & armis ad eam suscipiendam, quoad eius summi potest, adigit.

Olim à Reginis duntaxat gubernata Aethiopia fuit. Ex quo in historia veteris Testamenti legimus venisse ad Salomonem Regem Austræ reginam de Saba, audiendi causâ admirandam eius sapientiam, circiter annum mundi 2954. Nomen Regina huic fuit Maqueda, quæ per mare rubrum & Aegyptum venit Hierosolymam, ex regia vrbe Aethiopia, Saba, quæ Nilo velut Insula vndiq; alluitur. Attulitq; ad Salomonem talenta auri centum & viginti, quæ efficiunt septies centena millia & viginti millia aureorum Vngaricorum, vel tonnas auri septem, & insuper viginti millia Vngaricorum. Tanta summa auri cum alijs preciosis rebus Salomonem donauit, & ab eo vicissim muneribus amplissimè affecta est. Certauit etiam cum Rege illo propositis questionibus & enigmatibus acutè sapien-

AETHIOPICA.

regis excogitatis. Inter cetera, ut quidem Cereni commentum habet, adduxit in conspectum eius puellas & adolescentes puellarum more vestitas, interrogavitque Regem, numquid discernere sexum à sexu posset? Cui respondit ille, ex lotionem faciei iudicium se facturum esse. Mox auari omnes in facie iussit, & qui validè lauantur, masculos, qui molliter, femellas esse pronunciauit.

Credunt Aethiopia Reges ex Davidis stirpe, & Salomonis familia sese procreatos esse. Idcirco se filios Davidis & Salomonis atque adeo sanctorum Patriarcharum appellare solent, quod eorum satu orti sint. Nam ex Salomone filium suscepisse Maquedam illam fingunt, quem Meilech nominarunt. Postea David fuit dictus. Is, secundum ipsorum commentum, cum annum aetatis vigesimum attigisset, ad Salomonem patrem & Praeceptorem à matre remissus est, ut doctrina & sapientia utili ac salutari ab eo instrueretur. Quod simul ac assecutus fuit Meilech seu David, concessu Salomonis, Sacerdotes & Comites nobiles multos de singulis duodecim tribubus sibi adiunxit, & in Regnum Aethiopia reuersus, gubernationem eius suscepit. Ac vnà etiam legem Domini circumcisionemque, eodem importauit.

Hac primordia fuere religionis Iudaicae in Aethiopia, & aiunt in hodiernum usque diem ad au-

lica ministeria & canonicatus nullos admittunt
 nisi de stirpibus ex Iudæa adductus oriundus.
 his igitur propagata est doctrina de Deo in
 Ethiopia, & radices egit, ut ad omnes atates e
 sequentes permaneret. Nam & libros Prophe
 ticos retinuerunt Aethiopes & Hierosolym
 adorandi causa verum Deum patefactum in
 gno Israël profecti sunt. Quod ex historia E
 nuchi, cui Indich nomen fuit, Candacis regin
 quæ Iudith proprio nomine dicta est, profecti,
 telligi potest. Is enim circa annum à morte
 resurrectione Iesu Christi, decimum, Hieroso
 mam ducentorum & quadraginta milliariu
 itinere accessit. Cumq; ibi officium & cultum
 debitum tribuisset, & iam domum rediret,
 curru sedens Prophetam Esaiam legit. Itaq;
 eum diuino mandato missus fuit Philippus, Chri
 sti discipulus. Et cum processissent ambo ad v
 bem Bethzur, tribus milliariibus ab Hierosol
 mu: ibi in radice montis fontem conspexit Eun
 chus, cuius aquis à Philip. baptizatus est. Reue
 sus verò in Aethiopiam Eunuchus baptizauit re
 ginam, & magnam familie regie & populi par
 tem. Ex quo Christiani cœperunt esse Aethiopes
 fidemq; Christianam omni sequenti tempore pro
 fessi sunt. Credunt etiam à Philippo in Aethiopi
 am missum esse discipulum, quem Lycanon appe
 lant, cumq; religionis Christianæ cultum, vsum
 omnem in Aethiopiam constituisse arbitrantur.

AETHIOPICA.

Tam hisce primordijs Iudaica pariter & Christiana religionis apud Aethiopes cognitio: de religione siue doctrina, Ceremonijs & ritibus Ecclesia Aethiopica vsitatis, quantum nobis legationibus vltro citroq; missis constat, explicandum est. Nihil autem neq; de religione, neq; de moribus, institutisq; horum Aethiopum monumentis & literis vsquam mandatum est. Vt mirum sit, adeo clausam fuisse Aethiopiam, vt ne vna quidem ad nos tot seculorum etatibus emanarit. Donec ad Eugenium Pontificem Romanum circa annum à Christo nato 1440. legati ex Aethiopia vsq; missi literas Papa cum benedictionis Pontificia ordine ac potestate, ad regem suum retulerunt. Reliquae sunt istae literae in vltima Athiopiici Regis, & custoduntur sacre in Grammatophylacto, & sempiterna hominum memoria sint commendatissima.

Ab hoc rursus tempore, tanquam clausa esset Aethiopia nostris hominibus, nemo neq; de Europae ad Aethiopes in Africam, neq; inde vicissim ad nos quisquam commeauit, vsq; ad annum Christi 1486. quo Lusitanorum Rex Ioannes Secundus, Ioannem Petrum Lusitanum, cum alio quopiam Alphonso, itineris Commite, ad explorandam Aethiopiam misit. Fuit ille Petrus linguarum multarum peritus, doctus, facundus, industrius, labori patiens, felix, & homines, terrasq; nouas inquirendi per-

cupidus. Missus igitur à Rege Lusitania, a
 eo, quem dixi, mercatoris habitu, primum
 mare in Aegyptum, inde ad mare rubrum, p
 pedestri itinere per Aethiopiam ad preciosi
 Ioannem peruenit. Cui cum literas à Rege
 cum tabula Cosmographica, quam Mapp
 mundi vocant, reddidisset, per benignè ab eo
 ceptus est, & muneribus affectus quam plu
 mu. Et si autem reditum ad suos seridè expe
 ret, impetrare tamen haud potuit: sed opib
 honore & vxore nobili auctus est, vt deside
 um patria & suorum omne deponeret. Quan
 brem inuentus fuit in aula preciosi Ioannis
 oratoribus Lusitanis, & relictus etiam ibi a
 no 1526.

Interea verò nonnulli de Lusitanis ex India
 aulam Aethiopicam, non tam salutandam, quam
 nimi beneuolentiam regis Lusitania nomine d
 clarandi causa, venerunt. Vt ergo suam vicissi
 in Regem Lusitania voluntatē ac studium oster
 deret Helena, quae tunc regnum administrabat
 misit vnā cum Lusitanis illis oratorē suum, Ma
 theum, mercatorem, natione Armenium, quae
 linguarum, rerumq; plurimarum gnarus erat.
 Hunc non solum literis ad legationem necessarij
 instruxit, sed vt coram etiam Regi Lusitania ca
 pita doctrina seu fidei, morum, & totius Ecclesi
 Aethiopica statim explicaret, mandauit. Don
 praeterea misit crucem ex frusto ligni illius fa
 ctam

AETHIOPICA.

in quo Christus patiens & moriens pepen-
 . Aliaq; amoris & necessitudinis mutua, ve-
 . Christiana documenta plurima addidit. Di-
 . ssus hoc modo Mattheus cum Lusitanorum
 . uibus in Portugalam venit, anno Christi
 . 13. quaeq; in mandatis habuit, Regi Immanu-
 . i exposuit.

Rex autem legatione ista, donisq; ex Aethio-
 . a vsq; ad se missis mirifice delectatus, non multo
 . et legationem nouam misit, cum literis & mu-
 . ribus amplissimis: in qua praeter caetera excel-
 . lit pietas & virtus Francisci Aluaresi, Lusita-
 . ci Sacerdotis. Is enim totos annos sex in Acthi-
 . oica aula commoratus rem omnem probe perce-
 . t, atq; cognouit. Nec solum cum Rege ipso, sed
 . iam cum Patriarcha de ordine Ecclesiastico,
 . et tota religione crebros & familiares sermones
 . abuit: tum singulorum etiam rituum inspector
 . et explorator diligens extitit. Dimissus autem
 . precioso Ioanne, anno Christi 1526. alium le-
 . gatum Aethiopicum secum in Lusitania ad
 . Regem adduxit: & literas quoq; ad Pontificem
 . Romanum, Clementem Septimum, cum cruce ex
 . auro unius pondi facta attulit. Apparet lega-
 . tum istum preciosi Ioannis virum fuisse probum,
 . integrum & pium, qui in Lusitania ad annum
 . vsq; Christi 1539. propter assiduos bellorum mo-
 . tus, detentus est.

Litera autem preciosi Ioannis reddita sunt

Kk 5

Ponti-

Pontifici à Francisco Aluareſo, Bononia, an
 Chriſti 1533. Vbi præſente Carolo V. Imper
 tore Romano, frequentiffimo theatro & pla
 niagno lecta atq; comprobata ſunt. Vtræq; v
 litera tam ad Pontificem, quàm ad Imman
 lem Regem ſcriptæ pietatis Chriſtiana & off
 plena erant: Quibus primum quidem Imper
 tor ille potentiſſimus, Pontifici Romano, fall
 ramentum iudicio tanquam capiti Eccleſiæ cum
 uerentia & obſeruantia ſumma ſeſe ſubiicieb
 debitam obœdientiam illi, more aliorum Reg
 Chriſtianorum, per Franciſcum illum pollice
 Deinde beneuolentia, charitatis & neceſſitu
 nis veræ officia ad vtrumq; deferabat, conſuet
 dinem & amicitiam cum illi iungere cogitan
 Regnumq; ſuum patere Chriſtianiſ omnibus
 ſtendens, vt vltro cirroq; nauigare tutò poſſin
 Nam obſcurè etiam detestabatur Chriſtianoru
 mutuo diſſidia, & ad ſocietatem belli aduerſ
 Mahumetanos hortabatur, ſuam fidem, opi
 ram, & ſtudium ardentiffimum ad oppugnand
 dos Chriſti hoſtes, ad fidemq; Chriſtianam con
 uertendos promittens. Poſtremo viros erud
 tos, ſacrarum literarum peritos, induſtrios Ty
 pographos, & in omni genere artiſices ſibi in
 ti petebat, quorum opera vti ad ornandam Ec
 cleſiam & politicam ſuam poſſet. Non ſe inu
 rum quenuquam in ſuo regno retenturum oſtende
 bat, ſed auctos honore, præmijs & mercede libe
 rante

AETHIOPICA.

ter singulos esse in patriam dimissurum. Ut
 igitur monumento clarissimo suam in Regem
 regalia pietatem & fidem testaretur, coro-
 nam illi capitis sui, ut filius clarissimo suo patri
 contulisset.

Hac ergo Lusitanorum solertia & admira-
 bili industria patefacta Christianis Aethiopia
 nosci à nobis nuper admodum cepit, nec ferè
 antiquam est tam reconditum, aut abstrusum in
 Aethiopum religione, quod non à Francisco Al-
 breso peruestigatum sit, vel à legato Aethiopi-
 a plena manu expositum atque declaratum. His
 taur autoribus vniuersa commemoratio nostra
 religionis Aethiopica nitetur, & tanquam riuus
 ex eorum fonte perfluet.

Caput religionis Aethiopica est professio
 veri Dei, & filij eius Iesu Christi, quæ Christia-
 rum est peculiaris & propria, ex qua vni
 christiani nominantur. In hoc capite pura, in-
 tegra & nativa est Aethiopum fides: ut pote qui
 vnicum confitentur, & adorant vnum Deum,
 tres personas Diuinitatis, Deum Patrem, De-
 um Filium, ex Patre ab aeterno genitum, pro no-
 bis incarnatum, mortuum & resuscitatum: &
 Deum Spiritum sanctum à Patre & Filio pro-
 cedentem. In hoc Articulo ferè sacrosanctum
 symbolum Apostolicum & Nicenum sequun-
 tur. Nisi quod descendisse Christum ad inse-
 ros aiunt pro anima Adami, atque etiam pro sua
 ipsius

ECCLESIA.

ipsius anima, quam ex matre Maria virgine
acceperit. Hanc enim opinionem penitus
tam habent, quam constare ex antiquissimis
traditione Apostolorum ab ipso Christo acci-
perhibent.

Vetus testamentum cum nouo sic conueniunt,
ut ritus nonnullos Iudaicos & Christianos
imitentur. Infantes omnes masculos pariter
& femellas, octauo die aetatis circumciduntur.
Sed ad quadragesimum diem masculos, ad octi-
gesimum verò femellas, nisi aegritudo aliqua fe-
nationem desideret, baptisant. Circumcisionem
quidem à regina Maqueda, quae ad Salomonem
venerat, aiunt se accepisse. Baptismum vero
à S. Philippo, & Eunuchò, quem Philippus
baptisauit. Non tamen ex circumcissione, sed
fide Iesu Christi salutem veram sibi contingere
dicunt. Baptismum singulis annis renouant
cum in die Magorum, quo Christus in Iordania
est baptisatus, frequentia & multitudine ma-
gna conueniunt, & nudi in aquam descendunt,
ubi Sacerdos manum eis imponit, ter immo-
git, & verba Baptismi pronunciat: Baptisatus
in nomine patris, filij, & spiritus sancti: addit
benedictione per sanctam crucem signum, Huius
morem à maioribus acceptum sanctè obseruamus
non ut primum baptismum extenuent, aut in-
ment, sed ut à peccatis absolutionem singulis
annis consequantur: Quin infantibus etiam
ip

AETHIOPICA.

die, quo baptizantur, corpus Domini sub ex-
 a panis specie impertiunt. Adulti verò ad cœ-
 nã sanctam accessuri peccata prius confiten-
 tur, & à Sacerdote omnium peccatorum absolu-
 tionem consequuntur. Tum Sacramentum inte-
 rum, verum corpus & verum sanguinem Iesu
 Christi, tam Clerici quàm Laici, matutino tem-
 pore, in templo accipiunt. Quo sumpto, non fas
 ulli expuere vsq; ad occasum solis, nisi poenam
 auem subire velit.

Confirmationem & Vnctionem Pontifici-
 bus neg, pro Sacramento habent, neg, usurpare
 solent. Pontificem Romanum vel errore quodam
 unionis, vel gratia aucupanda causa, caput
 Ecclesie agnoscunt, & obedientiam erga Ro-
 manam Ecclesiam præ se ferunt. Quamquam iu-
 ri à Pontifice Romano neg, ante patet factam à
 Christianis in Indiam nauigationem potuerunt,
 neg, nunc quicquam ab eo propter interuallum
 quod quindecies mille miliarium, consequi pos-
 sunt. Tot enim miliarium iter ait se confecisse
 Lusitania in Aethiopiam missus legatus. Con-
 iunctionem duntaxat Romane Ecclesie & coniun-
 tionem aliquam cum Christianis Europeis qua-
 sisse & expetiuisse videtur Helena Regina, &
 post eam Dauid Rex. Quo coniunctis opibus &
 armis hostes Christiani nominis Mahumetani
 essent deleri.

Leiuant Athiopes compluribus diebus in
 hebdo-

ECCLESIA.

hebdomade, & quidem ad occasum vsq³ So-
 Mercurij quidem die, vt renouent memori-
 consilij Iudeorum, quo occidendum esse Ch-
 stum decreuerunt: Veneris verò, vt menti-
 grati meditentur, & recolant passionem
 mortem Christi. Eosdem dies etiam sacros
 bent, praesertim vespertino tempore, quo olim
 sus Christus in cruce mortuus est. His add-
 alios dies quadraginta, quos quadragesim-
 ieiunium vocant, & aqua panesq³ solo viuifica-
 Festa celebrant tum Christi, tum Mariae etia.
 & nonnullorum sanctorum, quibus conueni-
 in templis hora diei tertia à solis ortu, libro
 Propheticos legunt, & opera diuina faciunt.
 Sabbatum quidem Iudeorum imitatione ser-
 uant: Diem verò Dominicam ex Aposto-
 rum institutione celebrant. Vtroq³ die festo
 um colunt, sancta faciendo & profana vitan-
 do. In templum non nisi nudis pedibus ingre-
 untur, in eoq³ neq³ ridere, neq³ obambulare, ne-
 de re vlla profana loqui, nec sperare aut scribere
 vlli licet.

Legis vsum illum esse maximum putant
 peccata nobis ostendat: seruari verò à nullo m-
 talium posse, excepto Iesu Christo, qui eam
 nobis impleuit, credunt. Sanctos quidem amant
 & venerantur, sed non inuocant. Matri Christi
 Mariae virgini honorem magnum tribuunt,
 neq³ adorant, neq³ opem eius implorant. Missas
 sing

AETHIOPICA.

gulis diebus, sacrificij loco, vnam tantum, inq̄, breuem peragunt: Sed quatum in eare illum planè faciunt. Neq̄, Sacramentum Eucharistia, vt Pontificij ostendunt, neq̄, ad redimendum animas mortuorum ab inferni pœna applicant. Purgatorium tamen ignem non negant. Propterea mortuus cum crucibus & orationibus, imprimis verò cum recitatione inijtij angelij Ioannis sepeliunt. Tum sequente die elemosinas pro eis, offerunt, & postea etiam tertis diebus epulas funebres addunt, diebus sabbati & Dominicis credunt animas eorum, qui piè mortui sunt, cruciatu omni in purgatorio vacare. Tandem verò expleto expiationis scelerum commissorum termino, in cœlum, ad quietem sempiternam euadere arbitrantur. Ad id verò rem non vllis indulgentijs à Patriarcha datis, sed sola Dei misericordia & gratia esse iudicant.

Coniugium Clericis & Presbyteris non minus quam politicis permiffum est. Sic tamen vt, mortua vxore prima, ducere aliam non liceat, nisi Patriarcha dispensante. Concubinam quis alat, à sacris arceatur. Qui verò Episcopus aut Clericus Spurium filium suscepisseprehenditur, huic sacris ordinibus planè interdicitur, omniaq̄, beneficia eripiuntur. Sponcum sponsa copulatio alicubi extra templum fit, po-

fit, posito toro, ante domum, in quo sponsus
sponsa collocantur. Tum accedunt Sacerdo-
tres, qui voce contenta Alleluia & alia canen-
lectum sponsi ter circumeunt. Postea circi-
num vnum de sponsi, similiter & de sponsae ca-
te abscindunt, in vino ex melle confecto laua-
permutant & vtriusq; capiti imponunt, adsp-
saq; lustrati aqua abeunt. Quibus peractis n-
ptiale conuiuium incipit, quod in multam n-
ctem producitur. Tandem domum sponsa cu-
sponso deducitur, vnde neutri exire per mens-
vnum licet.

Alicubi in templo copulantur sponsus
sponsa ab ipso Patriarcha. Vbi eodem modo sta-
tè toro, circumit Patriarcha cum acerra
crucibus, postea conuersus ad sponsum, man-
capiti eius imponit: Fac, inquit, quae in Eua-
gelio Deus praecipit, cogitaq; non iam duos, sed
vnam carnem vos esse. Hec vbi dixit, missa
communicatione adhibita, benedicit illis. Por-
gamia à Rege quidem & politico Magistra
conceditur Aethiopibus: Sed in Ecclesia nu-
plures vxores habenti locus relinquitur. Immo
ne ingredi quidem templum vlli fas est, qui pl-
res vxores habet, sed pro excommunicato hab-
tur, nec prius recipitur, quàm, repudiatis cater-
vnicam retineat.

Diuortia sunt frequentia, & saepe leuibus
de causis: Exceptis tamen Sacerdotibus, quibus
disci-

AETHIOPICA.

cedere omnino à coniuge non licet. Ex quo patet, non probari Sacerdotibus istam leuitationem, in re tam magna Putant autem huic malo potissimum occurrere posse, si sibi caueant, in consalius certa poena aut multa statuta in eam personam, qua desertrix fiat.

Solent quoque secundum Mosi legem fratres matrum uxores ducere, ut sobolem eis procreent. Nec tamen ab omnibus, sed à potentioribus tantaxat iste coniugij abusus exercetur. Nam illustri & egentiores a'ij sua quisque contenti coniuge, opera faciundo & victum quarendo fatigantur, ut ab huius blandissima Domina veneris stimulis vacui sint. Infantes ante susceptum Baptismum morientes semichristianos idcirco vocant, quod parentum Christianorum fide sanctificati sint, sed nondum per Baptismum penitus inserti Ecclesie. A cibis, quos lex Moisi inmundos habet, ipsi quoque abstinent. Hæresin Arrii, Macedoni, Nestori, Eutychetis rejiciunt & damnant.

Ecclesiam in Aethiopia gubernat Patriarcha, qui Abuna, quod est Pater, idiomate Aethiopico dicitur. Is Hierosolymis primum Monachorum, qui sepulchrum Christi custodiunt, suffragijs ritu solenni creatur. Postea à Patriarcha Alexandrino confirmatur & in Aethiopiam mittitur. Solet preciosus Ioannes, quoties Patriarcha nouo opus est, legationem cum

multis muneribus Hierosolymam mittere, & de Patriarcham accersere. Adueniens vero Patriarcha, ex veteri instituto, cum Monachis ordinis Diui Antonij Eremita, magno ordinum omnium consensu, congratulatione, plausu & laetitia excipitur. Deligitur autem ad eius officij munus vir eximia pietatis, grauitatis & eruditionis laudibus praestans, & aetate ceteris antecellens. Huius partes praecipuae sunt, sacrosanctos ordines conferre, & disciplinam Ecclesiasticam tueri, excommunicare contumaces, qui in eadem ad mortem vsq; coerceri solent. Ius autem tribuendi Episcopatus & Ecclesiastica beneficia sibi vendicat preciosus Ioannes. Sacerdotum agmina ingentia sunt in Aethiopia, quemadmodum etiam Monachorum. Vidit Franciscus Alucresus semel à Patriarcha ordinari Sacerdotes bis mille trecentos quinquaginta sex. Alij temporibus ad quinquies vel sexies mille semel ordinari solent. Fitq; ordinatio talis singulis annis bis. Apparet esse homines, qui in eum ordinem cooptantur, neq; literarum, neq; artium doctrina aliqua perpolitos. In Presbyterorum collegium nemo ante trigesimum aetatis annum recipitur. Fit quoq; vt, vacante Patriarchatu sede, inopia Sacerdotum laboret Ecclesia. Idq; fit propter bella assidua Christianorum contra Mahumetanos & vicinos Ethnicos: Vnde interdum aditus ad Hierosolymitanos Monachos ex Aethiopia

AETHIOPICA:

Aethiopia non patet. Hinc mira existit in
 clesia vastitas. Monachorum verò plena sunt
 unia in regno præciosi Ioannis. Hi non solum
 nobia, quorum magna est copia, incolunt, sed
 lica etiam munia obeunt, rei militari ope-
 m nauant, & emendâ, distrahendûq; mercibus
 plicantur. Deniq; non est vllum genus homi-
 am per vniuersam orientem, quod frequentius
 egotietur, quàm Monachi & Sacerdotes. Vt
 mium locorum & temporum experientia com-
 obari videas, id quod in versu dicitur: Quic-
 uid agit mundus, Monachus vult esse secundus.
 Nec verò existimandum est decumis aut Eleë-
 nofynis, vt in Europa, Presbyteros, Monachos,
 & alios Ecclesia Aethiopica ministros ali. A-
 gros duntaxat habent aut hortos, quos colere
 Monachos & clericos oportet, vt parent, qua ad
 cultum & ad victum suppeditant. Mendicare
 verò aut à plebe aliquid petere prorsus non li-
 cet, nisi sponte aliquid largiri quispiam in tem-
 plo, vel pro mortuorum exequijs vel pro alijs re-
 bus pijs velit.

Habent Aethiopes quendam librum, quem
 ab omnibus Apostolis, quando Hierosolymis
 congregati fuerunt, scriptum esse arbitran-
 tur. Hunc sua lingua vocant Manda & Abery-
 lis: creduntq; adeo omnia, qua in eo continen-
 tur, pro Euangelio habenda esse. In hoc præter
 cetera comprehenduntur quaedam præcepta,

vt Sacerdos in adulterio, homicidio, latro-
deprehensus aut dati testimonij falsi reus, ea
pœna cum ceteris maleficis afficiatur. Vt Ecc-
lesiastici pariter & politici post matrimonial
congressum à templi ingressu abstineant, quatuor
& viginti horis. Continentur etiam nonnulla
repurgatione mulierum à menstruo fluxu &
partu leges, quas, quod vsurum nobis nullum affe-
rant, non libet commemorare. Illud verò non
utiliter cautum est in eodem libro, vt singulis an-
nis in Ecclesia Christi bis Synodus cogatur,
qua de rebus Ecclesiasticis omnibus diligens ex-
ploratio & iudicium fiat.

Hac serè sunt, quæ de religione ac fide, in
tribusq; Aethiopica Ecclesia, sub precioso Ioanne
cognoscere hætenus nobis contigit. Quorum
pars bona cum monumentis Testamenti veteris
& noui consentit. Eiusmodi etiam planè sunt
Dei cognitionem, tum fidem etiam & cultum
Christi vnici Seruatoris nostri præ se ferant. Vnde
autem nulla Ecclesia in terris absq; nauis vn-
quam exstitit: Sic nec Aethiopica maculis &
erroribus penitus vacat. Idq; mirum minus est
cum Schola ibi, literarum & doctrina semina-
ria, nullæ reperiantur, præterquam quod Sacer-
dotes liberos suos literarum doctrina, quoad scri-
pturam, erudiunt: quo & ipsi Sacerdotio funguntur
post aliquantio queant. Nec qui ad sperfos nos
uos eorum emendasset, hætenus inuentus fuit.

AETHIOPICA.

Narrat Franciscus Aluarezus Patriarcham
 Aethiopiae Ecclesiae, in privato quodam Collo-
 quio, grauitate esse questum de talibus erratis,
 correctionemq; seu reformationem seruo experi-
 se. Quod sane desiderium eius: ut pius est, ita
 est omnium Christianorum comprobandum.
 Exit modo Deus immortalis, ut huius sui voti
 quando compotes fiant Aethiopes, & emen-
 tionem Ecclesiae suae felicem salutaremq; adi-
 scantur. Quod quidem optare illis multo est
 melius atq; equius, quam vel verborum contu-
 melijs eos lacerare, vel Christiani nominis hono-
 rem spoliare velle. Quod sibi in Lusitania acci-
 disse, questus est legatus Aethiopicus, vbi à Sa-
 cerdotibus Pontificijs, velut Ethnicis & Ana-
 thema est habitus, ab vsuq; caena sanctae omnino
 prohibitus.

Error est profecto, vel certe infirmitas ma-
 gna, quod Iudeorum ritus nonnullos retinent
 atq; vsurpant. Sed ignorantiae libertatis Christi-
 ana peccatum esse videtur. Quod verò Sacerdoti-
 bus coniugium permittitur, id neq; sancto Dei
 verbo repugnat, neq; ab Apostolica ordinatione
 alienum est. Quamobrem nec à Christianis vl-
 li vituperari debet. Nisi si qui Pontificis Ro-
 mani decreta plura facere velint, quam ipsius
 Dei mandatum, autoritate Christi & Apostolo-
 rum eius stabilitum. Ex quo sane intelligi fa-
 cile potest, quam impie inhumanemq; fecerint

Lusitanici Sacerdotes, quod isto nomine in
 Ethiopicum legatum tam acerbe inuecti sunt
 tamq̄, asperè eum tractarunt.

Baptismi iteratio per annos singulos error
 quodam initio introducta est, & verustate sua
 consenuit. Est autem tanta vis verustatis atq̄
 consuetudinis, vt vbi semel in se dit, euelli non fa-
 cile possit. Ac mirum est Aethiopes Baptismum
 toties renouare, cum non iterare possint circum-
 cisionem. Verùm de his omnibus quid facere me-
 lius possumus, quam vt mentem illis meliorem
 precemur, & fidei puritatem atq̄ integritatem
 eam, quæ verbo Dei congruens est? Latician
 profectio ac voluptatem magnam percepit
 Aethiopes ex primo in regnum suum aduentu
 Lusitanorum: fore nimirum existimantes, vt ea
 noticia atq̄ conuersatio perpetuam, vt animo-
 rum ac voluntatum, sic etiam religionis similitu-
 dinem atq̄ coniunctionem afferret. Sed vereor,
 ne contumeliosa & aspera tractatione legato-
 rum suorum per Pontificios Sacerdotes & Mona-
 chos alieniores ab Europæis Christianis sint facti.
 Quemadmodum in India Occidentali magna
 pars iniquitate, auaritia, libidine & immanita-
 te Christianorum à fide Christiana deterrita
 est: vel certe, vt eam maxime receperit, iterum
 tamen ad pristinum idolorum cultum defecit.

Probanda verò & laudibus summis deco-
 randa est insignis cura & industria duorum Lu-
 sitania

AETHIOPICA.

ania Regum, Ioannis secundi, & Immanuelis, sumptibus & nauigationibus suis in Indiam orientalem iter in Aethiopiam meridionalem Christianis Europeis, & Aethiopiis vicissim ad Ecclesiam Occidentalem aperuerunt. Quod si usq; his Ducibus fuisset, ipsum etiam nomen Christiana Ecclesia in Aethiopia ignoremus. Sic enim ab ea parte qua Arabiam & Aegyptum spectat, hostibus Christiana fidei, Arabibus & Maumetanis infestum & periculosum habet aditum, ut clausa penitus esse videatur. Nisi igitur per mare Indicum & Magellanicum suis nauigationibus tutum transitum Lusitani praebeant: in Occidentem penetrare ex Aethiopia nemo facile potest.

Hoc igitur vnum est de praecipuis & maximis beneficijs, seu potius miraculis Dei, quibus tantum in Ecclesiam amorem, benignitatem & clementiam, hac postremi mundi senecta, cumulatè contestatus est. Quod tanto interuallo locorum disiunctas Ecclesias Christianas, per nouam & ante inauditam nauigationem, quasi coniunxit: vel certe de fratribus Christianis procul ad meridiem in Africa habitantibus nos certiores fecit: ut in illos intuentis, statu nostra Ecclesia ad impensius laetemur, qua luce maiore nos diuinitus donatos intelligimus. Et si enim Christum nobiscum cognoscit, inuocat & colit Aethiopia Ecclesia: multis tamen erroribus implicata

haret. Nec tanta est doctrina puritas atq; copia
quanta nos affluimus.

Monachos illa quidem & Sacerdotes habet
sat multos, nec templis etiam ad faciendam re-
diuinam caret. Ac quid sunt Monachi alioquin
quam indocti, inertes & profani ventres? in quibus
quod optimum est, & speciem sanctitatis ma-
ximam habet, cultus est humana auctoritate
vel potius audacia, nullo diuino mandato confi-
ctus & errore opinionum perijta corroboratus. A
his quæso quid commodi capies? quid tue salutis ex-
petes? Non doctrina imperitos erudiunt, non con-
cionibus plebem informant, non castas consci-
entias erigunt. Quantum quidem intelligo, etiam
Sacerdotes ipsi in Aethiopia conciones nul-
las ad populum habent. Quemadmodum in Pon-
tificia Ecclesia multis in locis prædicatio Euan-
gelij conticescit.

At vide in nostra Ecclesia quanto meliora &
vberiora sint omnia? Non desunt schola, non pro-
fessio artium & literarum, non explicatio doctri-
nae caelestis, non conciones, non usus Sacramento-
rum, quibus omnibus sic abundamus, ut quotidie
is circumsonent aures nostræ. Est igitur, quod
gratis mentibus tanta Dei beneficia agnoscimus
ac celebremus, demumq; speramus, ne nostra igna-
mia, vel impietate, vel perulantiâ intercidant. Alioquin
id nobis euenturum est, quod in matris si-
lius Dei, ut Regina Austriæ in extremo iudicio pos-
condetinet.

Est

AETHIOPICA.

Est autem Austri Regina non alia, quemad-
 dum supra memini, quam quae de Saba ex
 Aethiopia venit Hierosolymam. Ea enim Ae-
 thiopea Australis est maxime, & ad terra ter-
 rimos, seu fines declinat, hoc est, interuallo lon-
 gissimo ab Hierosolymis distat meridiem versus,
 extrema esse videatur in plaga australi, &
 quasi finis terra habitabilis: perinde ut Galli-
 e olim finis terra versus Occidentem credit a
 his, antequam tot Insulae nouae Occidentales à
 Hispanicis & Hispanis inuenta sunt. Nunc vero
 ite aquam navigatio in Oceano Magellonico
 per totum Meridiem, ad polum ferè antarcti-
 cum usque patefacta est: superati sunt limites
 huius terra australis, quos Aethiopia haec, Preciosi-
 annis regnum constituit. Narrat enim historia
 Aethiopica recens supra viginti millia Insula-
 rum ad Austrum inueniri, quae tamen nondum
 satis omnes exploratae sunt & cognita. Vocat
 itaque, filius Dei Aethiopiam terra finem, vel se-
 cundum vulgi opinionem, quod tunc ultra Aethi-
 opiam nulla terra firma fuerit perspecta & co-
 gnita vel loquitur figurate per auxesim, ut sit
 terminus terrae, idem quod, longo quodam in-
 tervallo distans aut remotum.

Quod si, ut supra attigimus, sedem tunc ha-
 buit Austri Regina in vrbe Saba, quae & Me-
 roë dicta est, hodie vero Elaba appellatur: iter
 eius Hierosolymam versus, milliarum germani-
 corum

BCCLESIA.

corum fuit ferme ducentorum quinquaginta. E
 enim poli eleuatio ibi graduum sedecim, minut
 rum viginti quinq. Quod considerare ac nosse n
 vult Filius Dei. cum languorem nobis exprobra
 & Regina Austri profectio de terra termin
 ad Salomonem, tanquam exemplo in illustri lo
 posito, ad curam & diligentiam audiendi an
 plectendiq. Euangelium acuit. Neq. verò intell
 gi hoc ipsum exemplum à nobis potest, nisi locun
 vnde venerit Regina Austri, & itineris magnitu
 dinem inuestigemus.

Causa verò cur iter tantum, via tam astu
 osa & puluerulenta consecerit, 'Austri Regini
 fuit, vt audiret sapientiam Salomonis. Tan
 ardens scilicet in ea erat amor & studium sapi
 entia, vt nulli sumptui, nulli labori parceret, qu
 sitim quasi diurnam explere posset. Quod au
 nos excitandos imprimis pertinet, vt cum Regi
 nam tanta potentia, opibus sapientiæq. laudibu
 florentem Salomonis sapientia causa, iter tan
 longinquum & arduum suscipere non piguerit.
 multo minus nos tadeat clamantem in plateis no
 stris veram illam & celestem sapientiam, hoc
 est, Euangelium Iesu Christi, cuius vocibus per
 sonant omnia templa, Schola & parietes nostri,
 audire & tanquam summi preter thesaurum co
 lere atq. in oculis ferre. Illa Salomonis sapientia
 admiratione, tanquam attonita obstupuit, qua
 tamen ^{in illis} ^{datum} diuina illius sapientia
 fuit.

AETHIOPICA.

ir ad Salomonem translatus, vel certè cum eo
 munitus. Nos vero ipsius Filiij Dei, fontis
 pientia omnis, voces, conciones, oracula habe-
 us, legimus & auribus percipimus, vnde veram
 lutem anime & corporis, aeternamq; beatitu-
 nem haurire & consequi possumus. Non Hiero-
 lymam molesto itinere, non Romam, non Com-
 stellam procul in Gallicia sitam accurrere co-
 mur, vt Regina Austri, & ante accensam de-
 ad Euangelij lucem, maiores nostri factitauerunt.
 ed obuia sunt omnia. Non aurum & gemmas,
 uales ad Salomonem: Austri Regina attulit, nos
 dportare necesse est. Gratuito & non grauate
 feruntur omnia. Id vt cognoscamus & gratum
 ceptumq; habeamus, praclarum hoc Regina
 ethiopia exemplum nos monet. Quanto enim
 ac Austri Regina beatiore sumus? Quanto me-
 ior etiam nostra est conditio, quam virorum &
 eruorum Salomonis, assiduo eius conspectu &
 sapientia fruendum? Ob quod beatos eos Regi-
 na ista praedicabat. Quo autem plus lucis diui-
 na nobis tributum atq; concessum est clemen-
 tia: eo poena etiam grauior in nos constituta
 est, si tantam bonorum affluentiam aspernemur.
 Quanti enim est, quod ait Filius Dei? Regina
 Austri surget in iudicio extremo, & condemna-
 bit ingratos & contumaces Iudaos. An non eo-
 dem modo condemnabit etiam nos, si in tanta
 luce & copia Euangelij segnes, aurosq; nos pra-
 buerit.

ECCLESIA AETHIOPICA.

buerimus? At quam turpe erit, ne dicam fun-
stum & exitiale, audire coram iudice Christi
in cœtu Angelorum & hominum, vocem Regni
huius exemplo suo ita nos condemnantis, vt ex-
cusationis nulla relinquatur venia?

Quod dedecus cum sempiterno exitio con-
iunctum vt euitemus, oculos & mentes identidem
ad hoc Aethiopicae gentis exemplum, quod
ipsemet Filius Dei in conspectu nostro ponit, refer-
ramus. Tum ad alios etiam fratres & sorores
nostras passim in vastis mundi angulis dispersas
respiciamus: vt non solum, quae consensio dispen-
sioq; in religione, fide & cultibus Dei sit, perspi-
ciamus, sed ex aliorum etiam infelicitate, errori-
bus, cœcitate aut pertinacia nostras opes experien-
damus atq; astimemus. Ita enim & magnitudi-
nem Dei in nos amoris & beneficentiae magis cog-
noscemus, & pietatis flamma in pectoribus no-
stris accendentur, tum gratioribus animis Dei no-
men persequemur. Quod hac oratione potissi-
mam ego spectavi: nec fructus hystoriarum lecti-
onis vberior vllus est, quam vt ad curam cul-
tumq; pietatis incendat, ad imitandum honesta
declinandumq; turpia inflammet, & migrandi
deniq; in caelestem patriam ex huius
mundi squalore desiderii
um exuscitet.

FINIS.


DE
BORUSSORVM
RELIGIONE, RI-
TIBVS NVPTIARVM,
Funerum, Victu, Ve-
stitu, &c.

ET
DE TARTARORVM
*religione ac moribus: ve-
ra & laculenta Narratio.*

AD
D. DAVIDEM CHYTRAEVM
recens scripta.

Alia eiusdem Argumenti
DE RELIGIONE
SACRIFICIIS VE-
terum Borufforum.

*Ad Cl. V. Georgium Sabinum
olim missa.*



DE
RVSSORVM RELIGIONE, RITIBVS N
ptiarum, Funerum, Victu, Ve-
stitu, & alijs moribus.



IN Epistola mea, XVI
Calend. Maij ad te missa
pollicitus sum, de Russi-
rum religione & ritibus
pauca me tibi perscriptu-
rum. Accipe igitur ere-
fronte, quod mitimus,

hoc tibi persuade. fieri posse vt verba quidem non
satis Romana scribam: Res autem ipsas menda-
cij & vanitatis penitus fore expertes. Nihil enim
ex alijs auditum, nihil ex aliorum libris ha-
stum, nihilq; incognitum commemorabimus, si-
quicquid oculis vidimus nostris, de illo conteste-
bimur.

Polocia deditione recuperata, Soccolia
Czusti, Turobla, & alijs Alba Russia oppidis fe-
ro & flamma funditus euersis, Germani omnes
qui sub Christophoro Bombsdorffio militabant
dimissi sunt: solis Borussia in Russia manendu-
fuit, vt aliquo tamen praesidio istarum terraru
incola defenderentur, si quam forte eruptione
facere vicini vellent Moschi.

RELIGIO RVSSORVM.

Ego itaq; media in barbarie harena, annu-
 anni molestias ista ferè ratione semper ex-
 Si. Flamines Rutenicos adij, cumq; illis per in-
 pretem de fide & religione collocutus sum. Si
 do interrogantur, an in sanctam Trinitatem
 edant, constantissimè quidem hoc ipsum adfir-
 nt. Si testimonia sacrarum literarum tibi da-
 detis: Illi in libris suis, quos per manus à ma-
 nibus acceperint, ita scriptum esse aiunt. Porro
 libros istos videre quis auct, Psalterium Pro-
 etæ & Regis Davidis, quod ipsorum lingua
 ud Ostrocoenses impressum Excellent. tua
 irto, ostendunt. Nouum præterea Testamen-
 m, Apostolorum res gestas, D. Pauli Epistolas
 nnes: Item Homilias Chrysostomi, Basilij,
 regovj Nazianzeni, ex Græco conuersas &
 anu scriptas habent, cum præculis quibusdam
 d beatam Dei genitricem & S. Nicolaum di-
 endis, neq; tamen, quare hos libros posside-
 nt, scire possum, cum diebus Dominicis puras
 lummodò fabulas populo prælegant: Istæ
 niun feria, qua nos legimus Euangelion de re-
 ocato ex mortuis filio viduæ Naniuæ, hospes
 reus, Consul Dei suensis, Alexius Casarinus Ru-
 enus, in suo se templo hanc lectionem audiuis-
 e, dicebat: Christum matri Mariæ obuiam fa-
 tum suppliciter ab ea vnum rogasse nummum,
 matrem verò, cum & ipsa nihil habet argenti,
 ilium CHRISTVM cum dolore suo di-
 misisse

RELIGIO
 RVSSO-
 RVM.

DOCTRI-
 NA.

RELIGIO

misisse è conspectu. Vides qualibus nugis de
ant miseram plebeculam, sed nec ipsi Doctores
meliora sciunt, & si audiunt, cacchinnis quibus
explorent. Soli namq; suam admirantur
bariem.

Papae Romani nomen agere in aures di-
tunt suas: seq; Graecorum socios in religionem
Pontificis Byzantini maiestatem venerari
mant, qui quidem suum Metropolitanum in
Moschonia habet, virum apud Ioannem Ba-
dem summae auctoritatis & existimationis,
ex Christiano Boecornio, Magni Ducis con-
natore, qui triennium in aula Moschorum
suo Principe vixit, intellexi.

Ruteni verò, qui Regis nostri Imperio
rent, Metropolitanum suum Vilnae habent, cu-
men est Anicephero. Hunc magnifico & spen-
didissimo habitu indutum, senioq; & cana-
ba venerabilem, 20. Iunij Vilnae sacra pera-
tem vidi.

Russi delubra habent plerumq; lignea,
cto scandulari, in summitate templi signum C
sti in crucem sublatis conspicitur. Horologii
orericis planè destituuntur. Et tamen die
lis circiter quartam matutinam vergebent
eorum tintinnabulis pulsans populum ad
era vocat. Tum vero matres atq; viri, pu-
innuptaq; puella lecto valedicentes vestem
mi

unt, ad Ecclesiam summa cum festinatione
operant.

Verum enimvero pedem domo non efferunt,
si prius genium suum dictis precibus mitiga-
erint. Habent autem tabellam quisq; ligneam,
qua capita aliquot depicta conspiciuntur, ad
anc cum tota familia accedentes, cum gemi-
u & lacrumis S. Nicolaum, eiq; in caelo com-
munionibus pro salute domus suae supplices depre-
antur, atq; interim tanta cum deuotione pe-
tus inndunt, vt cuius astanti facile cordoli-
um excitent.

Iamq; penetibus placatis ad sacram adem
discedunt, cuius limina quamprimum tetige-
unt, magna cum reuerentia caput telluri illi-
dunt. Et sane, si frons animi ianua rectè dicitur,
non video quali sub sidere homines Dei numen
religiosus adoraturi sint, quàm hi, de quibus lo-
quimur, si modò pro vanis fabulis verbi caelestis
veritatem aliquando cognoscant. Dolendum
autem magnoperè est, lucem clarissimam Eu-
angelij illis nondum penitus illuxisse.

Locum templi secretiorem Flamines bini
occupant: hic ara sancto Nicolao dedicata vi-
detur cum eiusdem imagine. Auditores & po-
pulus in ambitu templi sese continet. Famina
verò, quæ præterita nocte Veneri militârunt, in
penetrata sancta adiu non veniunt, ne locum
profanent. Cætera accedentes propius candelas

R'VSSORVM.

terreas inflammant, & sacrificulo offerunt. M
candida veste bombycina indutus est, calum
& pallida facie deformis, Crucem sanguinei c
loris à tergo pensilem habens.

Tandem è sacrario egreditur, & thurib
lum dextra tenens, tam forti odore Diabolo
loco sancto abigit. Mox rituales libros pr
mit, & aliquam fabellam de S. Nicolao rec
tat, quem illi tanquam Deum tutelarem sen
per colunt. Euangelij lectionem vnã nunqua
hïc audiui. Interea adytum clauditur. Sacer
dos si inter legendum aut erret, aut lingua t
rabet, aut vocem aliquam deprecius enuncie
grauissimè propterea ab auditoribus obiurgati
qui eum & sacro loco indignum, & libros a
tradendos vnanimi voce proclamant.

CONCIO.
NES.

Lectione finita, ad anticum sacrarij, in qu
imago Nicolai asseruatur, sese conuertit, D E
VMQVE patrium multis suspirijs rogat, v
commoda Russorum & gentem sibi deditar
contra hostes incolumen seruare dignetur. O
rantem lamentabili vociferatione & quiritat
excipiunt non tantum scholastici, sed omne
quo: quos isto videntur in fano: subinde iteran
tes hanc vocem: Hospody, Pomyloy, hoc est
Propitiare nobis ô Domine. Dum hac agun
tur, anticum sacrarij non aperitur.

Myst.

M I S S A

Mysta autem per pseudothyrum in illud in-
 reditur, daduchis iribus precedentibus. CUM MISSA.
 in adytum ventum est, sacram Canam verbis
 ipso Christo expressis consecrat, sed lingua
 autum patria. Atq; haec sunt in ara Nicolao
 curata.

Mox fores patent: Populus vero quia cer-
 um nun.ē in isto loco habitare existimat, egre-
 dienti Sacrificio magno eiulatu occurrit, sex-
 centies hanc vocem decantans: Hospodij Pemy-
 loj. Hunc clamorem, nolarum & cymbalarum
 cinnitus mirum in modum auget.

Ut vero in toto iam facta silentia templo,
 Sacerdos pedetentim procedens, arcana sacra
 toti populo commonstrat, calicemq; plumbeum,
 cum operculo serico in dextra, & scutellam ex
 eodem metallo in sinistra tenens. Dum in genua
 prociuant auditores, ille lingua Rutenica haec
 verba proloquitur: Hoc est Corpus, & hic est
 sanguis Domini Iesu Christi, quem Iudaei inno-
 centem morte mulctarunt. Tum denuō inter
 gemitus & suspiria muliebriter lamentantur,
 & tundunt pectora palmis.

Flamen ilicō in sacrarium regressus, in ara
 Nicolai sacramentū deponit, donec veniant qui
 eo utantur, quod inter eū sit sequenti die Caluē,
 si vinū non habent, ex calido Medone consecrāt.

M m s

Panem

M I S S A

Panem verò azymum domi suæ pinsunt ciues, & deinde, quoties cœleste illud conuiuium accedere gaudent, sacerdoti offerunt, vt consecret, & cum calice distribuatur.

Per actis sacris libro ad manum resunt, Psalmm vnum vel plures demurmurat sacrificulus, crucemq; ex argento puro factam omnibus exhibet osculandam. Postea suam quisq; domum discedunt, & admodum rari ad vespertinas preces reuertuntur.

Polociz autem & Vilnæ, maiori pompa & splendore rebus diuinis vocant. Vbi supellectilem ex auro & argento copiosam habent in ecclesijs. Vilna triginta templa habet, omnia ferè opere latericio structa.

Statuæ nullæ, sed Imagines pictæ.

Statuas nullas in templis venerantur, sed D. Nicolai & Mariæ virginis imaginibus scrupos quosdam argenteos, Cerialia & alias exuias dono dederunt. Has quoq; Picturas, tanquam numinis aliquid habentes religiosè colunt, & quotannis in Duna fluuiio bis abluunt, atq; tandem magna cum pompa pristinum reducunt ad locum.

BAPTISMVS.

Præterea mystica ablutionis sacramentum in suo cœtu retinent, ita tamen vt hoc negotio per omnia ferè quam proximè ad Romanenses accedant. Multùm hic perditur olei, opera & vnguenti. Post longas tandem ceremonias Flamen toto congio perfundere solet infantem, ita inquiring :

R V S S O R V M.

quiens: Baptizo te per nomen patris, & filij,
 sancti Spiritus. A patrinis deinde more patrio
 nis aliquot tenellus pusio humectatur: Et li-
 et hic aspera hyems crudelissimè sauiat: tamen
 anta gelidarum copia aquarum suam sobolem
 bluunt, si quis caussam querit, respondent illi:
 teneris assuescere multum est. Postremò Fla-
 men infantulum iterum comprehensum blandè
 osculatur, illumq; caput ad crucem, quæ tem-
 pli foribus incisa est, magno impetu ter vibrat,
 & nisi testes baptisini ictus audiant, indignan-
 tur propterea, neq; puerum rectè sacris initia-
 tum credunt: Sacro finito Flamini tres panes
 (quos à forma pyramidalis Pyracno vocant) por-
 riguntur cum nummis aliquot argenteis, tem-
 plumq; clauditur.

Sacerdotes Rutenici proprias vxores ha- SACER-
 bent, & sunt coniuges. Si quis dicit à Papa DOTES.
 matrimonium clericorum improbari, excande-
 scunt vri rapidis cum ferrea flammis lamina
 Cyclopum excoquitur flagrante camino. Redi-
 tus certos & certa stipendia non accipiunt, &
 tamen auditorum beneficentia liberaliter alun-
 tur, Cucullos proisus ignorant. Cærulei coloris
 tunicam plerumq; duplicem habent: Capillis ad
 humeros & pectus dependentibus apprimè gau-
 dent: & quod quisq; est nigrior, & adpectu ina-
 mabilior, tanto maiori apud populum est in
 dignatione. Rasoprætereà veritice & immissa
 Mm 3 barba

RELIGIO,

barba grauitatem pra se ferunt singularem
 Vita alioqui adedò impura & execrabilis, vt no-
 delubru Deorum, sed pistrinis molitorū digno
 adfirmare possis. Si quoties enorme aliquo
 flagitium perpetrârunt, ad populum se satis ar-
 roganter excûsant, seq̃ Deorum fratres & vi-
 carios esse aiunt, ita quidem, vt quidquid ege-
 rint, id cœli Quiritibus gratum existisse mini-
 mè dubitent. In tabernis publicis vinum. adu-
 stum totos dies porant: Cumq̃ iam nec mensae
 nec pedes officium faciunt, saepe velut emortui
 in medijs plateis concidunt & obdormiscunt.
 Germani certè milites non seuiet iacentes per-
 minxerunt. Postero die cum ad peragenda
 sacra in templum redeunt, non aliter coluntur
 à populo & amantur, quàm si nuper ex concilio
 immortalium Deorum missi venissent legati.
 Scholas semper templis adiunctas habent.
 In illis triginta annorum iuuenis prima lict-
 rarum rudimenta pueritiam docet. Littera-
 ipsorum alphabetica veteribus Gracis quàm si-
 milima sunt. Catechesi nulla vtuntur: sed pre-
 culas ad beatam Virginem & D. Nicolaum in
 libris descriptas pueris proponunt. Symbolum
 tamen Apostolorum verbis quibusdam immuta-
 tis addiscunt. Huic adduntur Hymni Dauidis,
 quos illi nocturna versantq̃ manu, versantq̃
 diurna. Pueri annorum trium & quatuor, si
 forte inualetudine aliqua corripuntur, statim
 Flamen aduolat, & sacramentum sub vtraque

R V S S O R V M .

ecce illis etiam distribuit. Tūm verò iussa
acerdotis serio providendum est parentibus, ne
de puer, sacra qui vsus est cœna, toto biduo oris
crementa in terram exspuat.

Ferijs & sabbatis plebs miserè obnoxia est.
Cumq; totus iam præterijt annus, vix paucis
diebus illis carnes comedere licuit.

MATRIMONII contrahendi ratio
alis est: Iuuenis, si cui fauet puella, propinquos
creis quatuorū ablegat, qui parentes de elo-
canda virgine interpellent: Hi verò vt vehemē-
tius animum proci irriterent, nihil isto de negotio
confieri posse adfirmant: & quandam apud in-
ternuncios simulant grauitatem. Sponsus tali
spe frustratus, alia rem via aggreditur, tēpūq;
& occasionem venande virginis diligentissime
obseruat. Illa verò si forte domo paterna e-
greditur, ministri in insidijs collocati incautam
& nihil tale timentem in casses sponsi venatoris
coniūciunt: qua simul atq; deflorata fuerit, mit-
tuntur alijs ad parentes legati, qui partim cul-
pam deprecantur, partim amoris vehementiam
accusent. Tūm demum parentū impetrato con-
sensu nuptijs dies dicitur. Neq; enim illis cohabi-
tare licet, nisi solēnitatē publica copuletur. Igi-
tur circa horam noctis 11. sponsi cum fidibus, fa-
cibus & fistulis ad delubrum deducuntur. Ante
illorum aduentum, aliquot vascula, sicera, me-
licrato & cereuisia plena huc aduecta sunt.

NVPTIA-
RVM ritus.

Conuiuia itaq; viriusq; sexus saltando, ludendo, clamando & ridendo bonam noctis obscuram partem consumunt. Interea mittuntur certi homines, qui Flaminem accersant: hi plerumque infecta semel atq; iterum discedunt, idq; si propter temulentiam deplorati sacrificuli, qui vino & somno sepultus iacet. Vulgus interim ducendis choreis occupatur. Postea mora & absentia impatientes illi, qui sponsum adfinitatem attingunt, Flaminis poti domum effringunt, & vi abreptum ad peragenda sacra eundem pertrahunt. Ille dum solito vult fungi officio, nec tamen rectis pedibus consistere potest, sepe concidit in medio templo. Exoritur igitur damnable risus & barbaries, vt vix opinor, ethnicos Veneris sacra scurrilibus peregisse. Accurrunt illic qui lurconem teneant, ne collabatur. Tum primo panes sibi debitos adferri iubet.

Deinde libro aperto stentorea voce aliquem Hymnum Dauidicum cantat, postea intortam sponsi casariam manu comprehendens in hanc sententiam eundem affatur: Dic mihi, o sponse, o frater, o amice, numquid tu huic tenera vir esse potes? numquid eam fustibus aliquando mulcabis? numquid egrotam, scabiosam & decrepitam derelinques? Hic sancte iurat sponsus, se facturum viri boni officium. Ad sponsam igitur sermonem conuertens, eam quoq; interrogat: An viro ferendo sufficiat? (nam puella decem

N U P T I A E .

cem & undecim annorum hic nubunt) an rei
 familiaris curam agere? an caeco, curuo & de-
 cepito marito fida velit esse comes? adfirmat
 a. Mox Flamen sero ligneo viridi viriusq;
 apud coronat. In circumferentia coronarum
 descripta sunt Rutenicè hæc verba: Crescite &
 multiplicamini. Ille dum hæc agit, inflammantur
 ab omnibus cerea candelæ, & patera medo-
 re spumans sacrificio traditur, eam nouis spon-
 sis vno propinat haustu: illi simili alacritate e-
 vacuant, & viro religioso reddunt. Abiecto iam
 ligneo cassiculo & pedibus contrito, nouas insti-
 tuunt choreas, hic Flamen choragus est. ceteri
 longo ordine eundem insequuntur. Fæmina et-
 iam lupulum in templo spargunt, & linum, cum
 tali acclamatione: Dii nostri tutelares faciant,
 ne noui coniuges vllò vnquam destituantur bo-
 no. Sic tandem tumultuum finis est. Sacrificu-
 lus domum reducitur: conuiua sponfos comitan-
 tur, & in tali conuentione egregiè potant, &
 mæchantur. Viri autem, qui ex coniuge fato
 functa masculam sobolem susceperunt, persape
 impuberi filio sponsam quarunt, cum qua ta-
 men illi dormiunt & liberos procreant. Nato
 deinde ex ephebis egresso nouam nuptam à se
 constupratam, & sobolem ynà adducit pater,
 ita inquit: Vides fili tuam coniugem & tuos
 liberos? Patris scortum, si filio placet, accipit
 illud

illud: *sin secus, pradam aspernatur, & de al-*
ducenda cogitat.

FVNE-
 RVM
 ritus.

Iam de SEPULTURA MORTUORUM quaedam annotabimus: Homines rebus huiusmodi manibus exemptos in mensam nudos deponunt, & calidis undis per integram horam abluunt, id tantum faciunt noctu: Sordibus ita absterfi in sella media domus constituunt eosdem, propterea nimirum, ut patrem familias etiam mortuum venerentur, & metuant, quorquor istud degerunt in habitatione. Vidi semel atque iterum, sed obstupui, steteruntque, comae, & vocis faucibus haesit. Funus tandem tertio die effertur, praecedunt in ordine scholastici, hi lamentabile carmen ingeminant, cuius sensus est: Adspicite o ciues hoc cadauer & vobis caute. Nam nos omnes sic ibimus, ibitis, ibunt. Sandalarios tres insequuntur Flamines, medicamentis thuribulo circum circa fumat. Existimant enim hunc odorem malis genij: ita contrarium esse, ut perinde eum fugiant, ac sancta crucis signum. Cum iam ventum est ad sepulturae locum Orciniana ista sponda deponitur. Examine vero, quae ut sternerent, oculos erudiere suos, magna cum lamentatione ad urnam feralem, quae hic aperitur, accurrunt, & cadaueri oscula figunt, ita interrogantes: Cur nostro absque conspectu o carissime? numquid cibi & potus inopia

F V N E R A .

opia te occidit: Numquid infelicis coniugij
 ap[osto]stro caput subtrahere voluisti? Fatere no-
 is, qua te res mouere potuit, vt non tantum
 auissimam thalami consortem, & liberos dul-
 issimos tuos desereres, sed etiam delicijs puler-
 imi huius mundi, tuis prater ea fortunis & fa-
 miliaribus omnibus abrenunciare? Sed hic
 verum est illud: Surdo narratur fabula. Acce-
 dens igitur sacrificus, plorantes feminas arceat
 a feretro, Deoq[ue] manium imperat, vt ne vlla re
 mortuum impediatur hominem, sed liberè eum
 abire permittat ad locum istum beatarum mē-
 tium, ad quem maiores ipsius iam olim præces-
 serint, vtq[ue] expeditus tam longum nec satis tu-
 tum iter conscire possit, quid quid in omni vi-
 ta preciosa supellectilis habuit, illud in vtram
 feralem inferunt, iamq[ue] antea domi sue recen-
 sibus ocris & veste noua abeuntem herum in-
 duerunt: Mortuo etiam cervical substernunt,
 sicca terrarē fertum. Cumq[ue] iam ferale mur-
 mur Flamines absoluerunt, defuncti coniunx
 iterum accurrens cum eiulatu & clamore ma-
 ritum ad vitam reuocat. Huius gemitum ipsi sa-
 crifici cum cantoribus excipiunt, & sesquiborā
 vociferando perdunt. Adfertur deinde argentea
 crux, eā capulo superimponunt, & demortuum
 inonent, vt ne suam patriam in consuetudine
 cœlestium animorum obliuiscatur, sed pro ea
 apud cœlites assidue deprecetur. Rogant etiam
 vt ante

R V S S O R V M .

vt ante omnes D. Nicolaum sibi conciliet, hunc namq; Deum esse tutelarem omnium Russorum: Tandem cadauer in fossam demittitur. Flamen verò sicci palueris tantum vrna super inijcit, quantum manu tenere potest. Cateri de inde mortuum sepeliunt. Atq; ita Piaculari sacra suam sortiuntur finem.

Eodem die cenam satis opiparè & apparatè instruunt, ad hanc Christiani (ita mendicosa appellatur) vocantur, vt nimirum tanquam ocos appellatur) vocantur, vt nimirum tanquam ocosi pro mortuo Deos inclament. Flamines item & omnes cōsanguinitate propinquos inuitant. Cumq; & mihi hunc haberent honorem lubenter ecastor eos adij, ea potissimum de causa, vt mores eorum rectius contemplari & obseruare possem.

Hospites osculo blandissimè excipiunt, & quemq; vt dignior est, ad mensam collocant. Sed hic tibi illud ad mentem reuoces velim. Rossos omnes S. Nicolaum tanquam Deum adorare, eiusq; imaginem in domibus omnium videri. Accumbentibus conuiuis, ardentem statim adferunt candelam, eamq; Nicolao consecrant, deprecantes sedulò pro salute & beatitudine amici demortui. Postea in scutella argentea triticum cum superinfuso melicrato apponunt. Singuli ligulam sumentes, manibus defuncti rerum abundantiam, & nepotibus suppellecilem copiosam vno optant ore. Mox calix

VINO

SUPERSTITIONES.

no adusto plenus obambulat, & hunc liquorem non aliter potant, quam vacca argentescas, ut in proverbio dicitur. Neque tamen hoc sorum factum certa ratione caret: Vix enim eos ob ciborum cruditatem vivere posse arbitror, si tam forti potu stomachi frigiditatem non propulsarent. Ferculis demum appositis, seorsim inter Flamines iterum pinguia thura adorat, & lemures eicit foras, postea scripto Crucis signo cibo benedicit. Peregrinis hominibus Eleoantem honoris gratia præbunt, illosque si alius sunt dignationis & præ eminentiæ, munibus adficiunt liberaliter. Dumque omnes pro salute sui Regis, pro beatitudine amici mortui, pro felicitate adfinium & cognatorum, plenis Antharis bibunt: fit ferè, ut vix duo vel tres dies ab exequijs sobrii domum discedant. Eleoantem synas illi, qui lautioris fortune sunt, die Veneris distribuunt, sed exiguam tantum gregarij panis particulam.

Porro de vanis superstitionibus, quibus hærentes deditæ sunt, quid attinet dicere? Multi serpentes in domibus familiares habent & colunt,

Aliæ superstitiones.

Dæmonem quoque meridianum meruunt & colunt. Ille enim, cui iam matura ressecantur fruges, habitu viduæ lugentis ruri obambulat, operarijsque vni vel pluribus, nisi protinus viro spectro in terram proni concidant, brachia frangit

frangit & crura, neq; tamen contra hanc quoque plagam remedio destituuntur. Habent enim in vicina sylua arbores religione patrum cultura harum cortice vulnere superimposito, illud non tantum sanant facile, sed & dolorem loripere eximunt.

Luem castrensem, quam nostri milites huic aduexerant, tali modo eos propulsare vidi. Eum nem accipiunt, eumq; per foramen scanni in domo vetustioris tantisper trahunt & retrahunt donec ignis scintillam ex arido assere eliciant. flamma conspecta, cereum in delubro vndis lustralibus perfusum accendunt. Omnes deinde qui ex hac fauilla prunas vel torrem domi conseruant, tutos fore credunt à pestifera contagione, & sic nonnunquam, vt exentus fidei respondet.

Doloribus dorsi talem adhibent medicinam. Pueros illegitimos, quorum hic ingens est numerus, certo are conducunt, illorumq; tergum pedibus sexcenties premunt & conculcant: Hoc medicamentum anodynum maioribus profuisse asserunt.

Leges & Iudicia.

Magistratum de voluntate Regis accipiunt: Oppidis Staresta, hoc est, Capitanei imperant, hi pro suo arbitrio leges figunt & in plebeculam securi dominantur. Causse criminales ad iudicia raro deferuntur. Qui se conuicia dixisse negat, absoluitur. Nam Palinodiam prae-

M O R E S .

pro pœna irrogata reputant. Iuris Romane
 scrupulosa velumina, Bartolos & Baldos fru-
 ra euoluisti, si hic esse uoles: Statutis enim, id
 est, legibus scriptis utuntur. In illis & hoc sanc-
 tum est: Homicidam, nisi in ipso facto depre-
 hensus sit, quinq; florenis uitam redimere posse:
 homini autem, qui alterius canem ceciderit,
 multam decem florenorum irrogandam esse.
 Iustuarum pœna ipsis inter præcipua tormenta
 est. Nobiles enim, suos agricolas: Heri manci-
 pia sua, si quando peccarunt, horrendum in mo-
 dum fustibus dolant. Qui uero grauius deliqu-
 unt, uirgis ferreis lacerantur.

Gens est natura ad arma propensior. Ma-
 chæris, frameis & falcatis ensibus pugnant: Per-
 sepe etiam claua lignea, quam semper ad ma-
 num habent. Si rus abeunt, Cosfram in dextra
 tenent, arcum autem Tartaricum cum phare-
 tra & arundinibus uenenatis lateri alligant.

In commensationibus non tantum rubri char-
 actera symbola Regis lubenter tractant, sed & Ludi.
 uido tessario gaudent. Samma autem soler-
 tia prælia latronum ludunt: Ut gemini inter
 se Reges albiq; nigerq; pro laude oppositi cer-
 ent bicoloribus armis. In hac profecto arte
 à excellunt, ut haud sciam, an vlla gens cum
 illis comparari debeat.

Mircres.

Cum pax est, ferarum pelles ex Moschou
in Poloniam & Liuoniam venales adsportantur.
Mel, ceram, & corium magna copia peregrini
vendunt. Cateri venando & latrocinia exerce-
do victum quaerunt. Vndiq; enim densissimis

Ferarum
venatio,

inuis nemoribus septi sunt. Lupos, Lynces
Martes saepe intra ipsa oppidorum moenia ven-
nantur. Martes quidem in summitatibus, arborum
plerumq; manent, & mel ab apibus congestum
avidissime lingunt. Rustici igitur canes
alunt vestigatores, qui odoratu prodeunt animam
inter arborum frondes absconditum. Tum venator
magno ictu arborem percutiens Martem in
summo vertice deiecit: quem illico ἰχθυόεντα
ille dentium morso necat. καὶ σωγες quoq;
locis paludosis habitantes simili ratione decipi-
unt. Hoc animal, quia in extremis annuum oritur
commoratur, non capitur, nisi Nouembri &
Decembri mensibus, cum terra durissimo frigore
rigit. Fluuio igitur glacie constricto aduolens
rusticus cum cane odorisequo. καὶ σωγας aduen-

Castores.

entis animum minimè ignorans, effossos in riuum
pa cuniculos deserit, & sub glacie in algentibus
vndis natat. Canis autem naribus locum supra
caput natantis exactè prodeit. Sequitur igitur
venator, qui iam antea glacie perfossa a
fauces fluminis rete de lino triplici factum dispo-
sposuit. Ad hoc cum iam deuenit Castor, perre-
pturum se sperans, occiditur fustibus, & extra
hit

R V S S O R V M.

hietur. Pellis eius apud hos populos summo est in precio. Hanc quoque venationem impunè nunquam vidi: nam penè cæli intemperies in occidit.

Moribus Rusi erga hospites sunt tolerabilibus: nisi fortè eorum trullas ames. Nam inter procula homines esse desinunt.

Viri & fœmina, si à fortuna bonis firmiores sunt, eodem ferè habitu vestiuntur. Tunicae talarum varij coloris ex panno Britannico habent: limbis vestium taniã sericas, & globulos deauratos intertexunt: uterq; ocreis calceatus. Fœmina vitis & mitra caput tegunt, viri eudone pileonè coloris diuersissimi. Rusi corum filia ex capitibus serpentum torquem collo circumdant. Vulgus autem ex pellibus ferinis tunicas, ex cortice arborum calceos parat: Et tot hii sunt sutores, quot rustici.

Natura profectò sub aspero cælo homines etiam elegantes producit. Corpora plerumq; solidata habent & succi plena. Neq; aded informis est sexus muliebris, si quis formarum velit esse spectator. Omnem autem decorem suum unico potandi vitio mulieres obscurant. In hac enim re si maritos non vincunt, certè non sunt illis inferiores.

Musica subtilioris ignari sunt. Panduras nulla arte tractant, & tantum tibias vinculares in delitijs habent. In nuptijs & alijs solennitatibus

M O R E S.

nitatibus per sepe ad manuum complosarum fragorem choreas ducunt.

Libri.

Libros Latinos & Græcos nunquam videntur: & tamen de Religione Græcorum multum gloriantur. Ego cum semel nouum Instrumentum Tiguri Græcè impressum mecum haberem, rogaremq; Flamines, vt aliquam periodum legerent, illi hoc sese facturos pernegabant: sanctè adfirmantes, eiusmodi typos nunquam sibi antè visos esse.

VICTVS.

Mense elegantiam non magnopere curant, sed crudos cibos, Deos Aegyptiorum porrum & cæpe audivisimè ingurgitant. Ditiores vinum & medonem: vulgus quastum, hoc est; aquam bibit, admixto sale vulgari, & pane mucido squarosoq; vescitur.

AEdificia.

Domus Rutena lignea sunt, & quidem malè materiata. Ità tamen desipiunt, vt existiment parietem craticium latericio præferendū esse. Cementi apud eos nullus ferè vsus est. Polocia tantum tria tēpla sunt opere latericio exstructa. Ex his tertium more Italico pulcerrimè expolitum nunc ibidem conspicitur. Cætera Molechorum Dux, Ioannes Basilides deuastauit, cum ante annos octodecim Polociam aeditione in suam accepit potestatem.

Victus.

Pacis tempore opimos accipiunt ex agris prouentus: nec vllus ferè frugibus hominum utilitati seruientibus carent. Aues omnis generis, perducas

R V S S O R V M.

verdices puta, phasianos, attagenes, erythrotaces, summa solertia per insidias capiunt, & leui ere diuendunt. Piscium lautissimorum admirabilem copiam perennia illis suppeditant flumina, Borysthenes, Duna, Drisna, Drissa, Polotta, ex quibus innumeri lacus & ἰχθυοὶ ἐκφύονται effundunt. Excoelo sale Iberico cibos condiunt.

Metallum quidem patrio in solo non effodiunt, & tamen auri obrizæ, signatig, argenti maximo desiderio tenentur, atq; hoc vitium cum cæteris mortalibus commune habent. Nūmos eorum argenteos ouali forma procusos ad tuam Excell. mitto: ij vno in latere Cataphraeto signantur: in altero descripta sunt Ruteniæ hæc verba: Κῆς Βεληκί Ιεσῶρ, hoc est, Princeps magnus Ioannes.

Hæc ferè ea sunt, David Chitrae, qua in Orientaliori Russia obseruatione digna putauit: quæ quidem, vt tuæ cupiditati satisfacere, lubenter in has paginas conieci: Nec tamen omnia artigi, sed tantum summa sequutus sum fastigia rerum, Apes vt tenero studens liquet libat summa thymi, aut crocon rubentem.

De Armenijs quoque antea ad te scripsi, neque dubito literas tibi reddat esse. Hos frequentes habitare Leopoli, atq; ibidem pulcerri-

N B a

ma tem-

Armenij.

TARTARORVM.

ma templa habere, Tidemannus Gifius, 7. Iun
Cauna mihi dixit. Ego quidem, si aliquando of-
ficij ratione hoc ipsum licebit, Leopolim excu-
ram, & vicinam Armeniam perlustrabo, fufi-
usq; deinde omnia literis tractabo.

TARTARI.

Restat nunc, vt de TARTARIS per pauca
subijciamus. Cum verò epistolam ad te scribe-
re decreuerim, non est, quod historiam expectes.
Nolim namq; γλαυκῶς εἶς ἀθλῶας. Tartaro-
rum quidem copias minime contemnendas re-
gij in castris persæpe vidi, atq; hi ex Pracopien-
siura Horda aduenerunt, ex qua nunc quoq; mi-
litē conscripsit Stephanus victor. Cateri Polonis
notiores sunt Tauricenses, Asturcenses, Natianē-
ses, Rez:horenses, & Circassij. Principē Horda
sua lingua *Czar*, hoc est, Imperatorem appel-
lant. Nobiles autem, quibus res mediocriter
sunt secunda, *Cnessi*, id est, Principes vocantur.
Tantus nimirū barbaræ gentis fastus est, vt et-
iam titulos & magna miseri aucupentur nomi-
na. Religio eorum sine dubio diuersissima est.

Religio Tar-
tarorum.

Ego illorum ritus, qui Regis nostri sceptrum
agnoscunt, breuiter attingam. Bellici sanè tu-
multus eos à naminis cultu non auocant.
Nam Veneris die, cum vix sol ipse nitentes
spargere iam cepit radios in medio camporum
aquoze frequentes conuolant. Hic Papa nudo
vertice & pedibus complicatis humi sedēs, sche-
dulam sinistra in manu tenet, in hanc descripta
ex Al-

RELIGIO.

ex Alcorano paradoxa aliquot congescit, qua
 voce clara ad circumstantes recitat. Illi si
 quando nomen Dei & Mahometis audiunt, ge-
 mitu & capitis inflexione reuerentiam suam
 declarant. Lectione finita, in stationem quisq;
 suam reuertuntur. Cateri tamen, qui pacem
 bello, & economiam milita praeferunt, alijs quoq;
 ceremonijs occupantur. Hi vno à Vilna milliari,
 ad fluminis Velia ripas, gurgustia aliquot &
 pagum amicissimo loco situm habent. Huc ego
 XII. Kal. Iul. cum Ioanne Gamrato Stralsun-
 dino, mercatore & ciue Vilnensi exspaciatus,
 delubrum eorum intraui. In illo certè, nec ali-
 cuius Diui, nec atri Daemonis simulacrum vl-
 lum videtur. Nudi vbiq; parietes. Area tamen
 pictis tapetis instrata est. Die Veneri dicata
 semper ad sacra conueniunt, ea, vt opinor, de
 causa, vt significent neq; Iudeorū superstitione-
 nes, neq; Christianorum nomen & religionem
 sibi probari. Delubrum nulli nisi discalceato in-
 gredi licet. Campanarum boatum minimè tole-
 rant. Papa autem, ex orto sole, in summitate
 templi exedra insistens, stentorea voce populum
 ad conciones vocat. Cumq; iam frequentes ad-
 fant, sumto ad manum Alcorano, quem Arabi-
 cis literis scriptum mihi monstrarunt, numinis
 colendi rationem illis exponit. Postea de apo-
 thecosi Mahometis, deq; illius maiestate & pre-
 cellentia carmen agreste decantant: & tunc

T R R T A R O R V M .

Comitiorum finis est. Si Alcoranum, vel ali-
um quemuis librum typis editum hic videre li-
cuisset. Eum certè, vel magno pretio compara-
rum, ad te misissem. In tanto autem librorum
defectu nihil se vendere posse dicebant. De Deo
Iesu Christo & Spiritu sancto frustra eos inter-
rogabis. Veram enim pietatem ita curant, ut
numerum lupus aut torrentia flumina ripas.
Non semel igitur admiratus sum, cum inter
Christianos habitent, cur adeò duri sint, &
Christianam religionem aspernentur. Et video
sanè Iesuitarum nugas, qui de conuertendis ad
Romanam Ecclesiam gentibus multa & gran-
dia fabulantur: Cum nequaquam hos, qui vi-
cinis in parietibus commemorantur, à vana
superstitione abducere possint. Neque tamen &
hoc negare ausim, esse in Scythia homines Iesu
numen adorantes, cum dictum sit per Dauidem
de voce Euangelij per Apostolos in gentes spar-
genda: In omnem terram exiit amussis eo-
rum, & in sinem orbis oratio eorum. Porro nõ
fugit Excellentiam tuam dogma Mahometarum
magna ex parte Iudaorum superstitioni-
bus & somnijs esse refertum. Tartari igitur
Circumcisionem quoq; retinent, sed diuersa ab
Hebraeis ratione. Secundo enim & tertio annis
à natiuitate, prout Papa visum est, circumci-
dantur.

Lingua

RELIGIO.

Lingua eorum à Polono idiomate tam longè abest, vt hi in Scythiam, illi in Sarmatiam commigrantes, rana Seriphia non iniuria diciqueant. Qui tamen in Polonia, & Lithuania, & vtraq; Russia longè lateq; dispersi sunt, plerumq; hominum, quibuscum degunt, linguam addiscunt & callent.

Præterea illorum Papa hoc mihi in sermone dixit: In multis sua gentis regionibus, solem, ignem, malos item genios, tanquam Deos colunt. Moribus feri sunt, & duri laboris patientissimi: nec etiam vna vxore contenti: Nam plurimae ducunt, quarum penè miranda domi est concordia. Sed prior cæteris gratior habetur & acceptabilior.

Mortuos hic non cremant, sed defodiunt: Sponfos etiam fato sanctos addita dote & rebus Oeconomia necessarijs matrimonio iungunt, ridiculis mehercle ceremonijs: quos aliud in orbe & reuicturos, & vnà semper futuros autumant. De animabus demortuorum ita sentiunt, eas videlicet ex vno corpore in aliud tantisper demigrare: donec præcellentem aliquam & diu quasitam inueniant habitationem: atque hinc magna ista mundi lumina Casares, & viros principes enatos esse.

Victus illorum miserrimus & Cyclopicus. Nam prandentes aliquoties cum horrore aspexi-

TARTARI.

Carnes certè equinas ac semicoctas avidissimè deuorant. Nullus illis mensarum & sediliorum est vsus. Cutes equorum iam tum fumantes, & recens bestia detractas pro scamnis confessuri consternunt. Lac equarum tanquam vinum Cretense admirantur & epotant. Hi bellis, acynacibus, arcu & sagittis pugnant, bellatorum præstantia equorum omnibus facile anteponendi.

Præcopiensium legatus XIX. Iunij. Vilnam adueniens Regi Euangelium adferebat, dere à suis contra Moschos animosè & fortiter gesta. Quod videlicet non tantum maximas hostis prouincias ferro flammaq; feliciter peruagati sint, sed & ad ipsa Metropolis Moschoua mœnia penetrarint. Horum studium voce sua Rex collaudans, magnam se ipsis aliquando gratiam habiturum dicebat, si deinceps quoq; magnanimo conatu in aduersam gentem arma & bellum inferant.

Iam de rebus POLONICIS, quales eæ nunc sunt, scribendum aliquid erit. Quia enim nihil abs te literarum tribus penè mensibus accipi, meas epistolas, quas Maio & Iulio exaravi, intercidisse video. Rex Stephanus victor, 29. Aprilis ex Comitibus Varsauiensibus Vilnam reuersus est. VIII. autem Kal. Iun. Bogdanus Bielscius, Moschus nobilissimus, à suo principe

POLONICA.

Princeps profugus ad regem venit Vilnam, qui non tantum humanissime nouum & in speratum hospitem excepit: sed muneribus adfecit liberaliter. Sunt homines, qui omnis loco illius aduentum excipiant, & fore confidant, ut ex suo consilio Rex plurimis in rebus adiuuetur.

Sequenti die, qui erat 26. Maij, Legatos Moschicos aduentare vidimus, comitatum habentes satis splendidum. Cum illis aliquot diebus de pace tractatum est effectum vero nihil. Conditiones a Rege propositae tales sunt: Moschus Liuoniam tradat. Impedimenta bellica & comitatum in arcibus deditis relinquat. Sumptus etiam duabus expeditionibus factos persoluat. Pacem perpetuam sanciat. Danorum & Suecorum Reges hoc foedere comprehendantur. Captiui ad Regem vel permutacione redimantur. Ipse Princeps in sinibus vtriusque regni ad colloquium se sistat. Internuncij cum dicerent nihil horum suis in mandatis annotatum esse, intercessionem Procerum, decem dierum spacium impetrarunt, ut interea per veredarium Principis sui mentem explorarent. Ille quia die dicto reuersus non est: Rex quidem Legatos dimisit.

Ipse vero 9. Iunij, equum in gyros tortum conscendens, Vilna egressus est: circiter decima diei horam, caelo ita sereno, & tam faustis hominum acclamationibus, ut dubitare nefcio pos-

POLONICA.

fit, hinc Principem diuinitus, Polonorum genti
datum, ex hydra ista Lerna a feliciter debella-
ta famam reportaturum esse immortalem. E-
quitabant in agmine variarum gentium Proce-
res, inter quos non postremus erat legatus Pon-
tificius, Ioannes Andreas Caligarius, Episcopus
Brittonoriensis, qui pro confirmatione Regni
pecuniam Papa debitam deposcens, indulgentias
singulis & peccatorum remissionem largissi-
mam attulit. Proximum ab illo locum tenebat
Generosus vir, Leuinus Bulonius ab illustrissimo
Marchione Brandenburgensi & Borussorum
Duce in legatione huc missus. Qui postea Cau-
nam reuersus, cum ad prandium me inuitasset,
amanter hoc à me petijt, vt suo nomine salutem
tibi plurimam adscriberem, addens & illud: In
Borussiam quidem te hoc tempore non ventu-
ram, id quod ego summo cum dolore audiui:
Statueram enim salutandi gratia Regiomon-
tem ad te excurrere.

TIDEMANNVS quoq; GISTVS
I. V. D. Et Regis intimus Secretarius, homo
omnium hominum humanissimus, & optimis
literis egregie excultus, XXI. Iunij, historiam
Augustanae confessionis tuam, ab Ruttero lati-
nitate donatam, Vlna mihi monstrauit.
Cumq; summo semel iterumq; calamo scribere
tibi veller, neq; tamen, tanta & indicibili nego-
riorum

POLONICA.

eorum mole oppressus, sibi ipsi satisfacere posset: inuitus quidem hoc tempore officium tuae excellentiae debitum intermisit, meq; per Acellinam rogauit, vt hanc candidissima mentis tuae adfectionem per epistolam tibi significarem, id quod me facturum, vti debui, ita libenter promisi. De omnibus tamen rebus, quae hactenus gesta sunt, & quae deinceps numinis auidicio gerentur, faciet te paullo post certiore.

Regis nostri frater, Transyluania Princeps super deceffit, cuius obitum Rex grauiter tulit, et par est: Metuit fortassis aliquam in istis locis mutationem: Quanquam filius demortui, decem annorum puer, a subditis patris successor nominatus est. Eodem die, quo Transyluanorum Dominus exstinctus est, generosissimus Regis equus exanimis concidit & periit, qui non procul ab arce Viluensi defossus est, & columnam habet ligneam.

Belli suscepti moles aestate Plestouiam tanget. Milites vndiq; huc confluunt, ille ex Germania, alter ex Calydonia, tertius ex Britannia, vt nimirum venales animas tanto citius Plutoni propinent. Nam vndiq; ad inferos tantundem via est.

Rex dum foris hostem quarit, nos domi propietate bellam gerimus. Procures quidem Polonici, qui purioris doctrinae professoribus fauent,

Transyluania,

POLONICA.

& partim Cingilianos defendunt: partim Au-
 gustanam confessionem sequuntur: ante abitu-
 suum de ineunda concordia suaserunt, certum
 esse adfirmantes, quod N. Roma nuper creatum
 in perniciem Lutheranorum iuramentum pra-
 stiterit pont. Max. Huius verò tyrannidem no-
 adeò metuendam esse, si nos piè in religione con-
 sentiamus. Maio igitur mense convenimus Vil-
 nae, effecimus nihil. Summam actionis adiunctam
 continent paginae. Ipse Dei filius, utinam glorio-
 sissimo aduentu suo vulnera ecclesiae citò sanet
 & beatitudinem nobis donet sempiternam. In
 hoc quidem seculo sinceram sperare pacem non
 licet. Anabaptistas vicinos per occasionem erro-
 ris admonui. Horum superintendens Lauren-
 Criscovius, haeresin se defensurum scribit. Cùm
 prodierint charta, habebimus sanè quod aut con-
 temnamus: aut etiã quod auctoritate sanctarum
 scripturarum refutemus. Literas ipsius Criscovii
 ad tuam Excel. transmitto. Iamq; Colophonis vi-
 ce etiã atq; etiam vehementer te rogo, ut hasce
 paginas tuo iudicio emendes, ac vel legas, vel di-
 ualges, vel abijcias. Quidquid horum feceris, meo
 facies consensu. Summum Pontificem ecclesiae, le-
 sum Christum, Dei ac virginis filium, qui solus
 est longitudo dierum nostrorum, toto pectore pre-
 cor, ut tuam Excel. Spiritu sanctissimo suo gu-
 bernet, & diutissime incolumem conseruet, meq;
 tua benevolentia & amore totum tra-
 do, s. C. l. August. Anno 1581.

DE
RELIGIONE ET
SACRIFICIIS VETE

rum Borufforum, epistola 10.

M E L E T I I.

Ad

GEORGIVM SABINVM.



Um elegiam illam tuam,
quam ad Petrum Bem-
bum Cardinalem scri-
psisti, mihi legendam ex-
hibuisset Hieronymus fili-
us meus, qui tuis scriptis
plurimum delectari solet:

n qua de sacrificio capri, & anguium cultu, que
nonnullæ Sarmaticæ gentes faciunt, commemo-
ras: continere me non potui, quin ea, qua de va-
no cultu earum gentium comperi, ad te scribe-
rem, tibi utiq; non ingratum fore sperans, si ea-
rum gentium, ad quas fato quodam vocatus es, &
in quarum vicinia vitam agis, mores & idola-
triam plenius cognosceres. Multi enim supersti-
tiosi ritus, idolatricæq; cultus passim in his re-
gionibus adhuc occultè seruantur, qui tibi aduena-
mondum fortè cogniti sunt. Itaq; visum est com-
municare tecum, quæ quid de illis compertum
habeo.

RELIGIO

habeo. Ac ne longiore utar proœmio, referam
primò sacrificia, quibus olim Borufi, Samogiti
ta, Lithuani, Ruteni & Liuones, coluerunt de
monia pro dijs, atq; etiam nunc multis in locis
colunt occultè: deinde supersticiosos quosdam
ritus, quibus nuptia, funera & parentalia, a
pud easdem gentes celebrantur.

Die Georgij sacrificium facere solent Per
grubrio, qui florũ, plantarũ, omniumq; germi
num Deus creditur. Hui Pergrubrio sacrifi
cant hoc modo: Sacrificulus, quem Vurschay
ten appellant, tenet dextra obdã cereuisia ple
nam, inuocat oĩ, demonij nomine, decant at illi
us laudes: Tu (inquit) abiges hyemem, ture
ducis amœnitatem veris: per te agri & horti
virent, per te nemora & sylua frondent. Ha
cantilena finita, dentibus apprehendens obdam
ebibit cereuisiam nulla adhibita manu: ipsamq;
obdam ita mordicus epotam, retro supra caput
iacit. Quæ cum è terra sublata, iterumq; im
pleta est, omnes quotquot adsunt, ex ea bibunt
ordine, atque in laudem Pergrubrij hymnum
canunt. Postea epulantur tota die, & chore
as ducunt.

Similiter quando iam segetes sunt matu
ra, rustici in agris ad sacrificium congregantur
quod lingua Rutenica Zazink vocatur, id
est, initium messis. Hoc sacro peracto, vnus è
multitu-

B O R V S S O R V M .

multitudine electus, messem auspicatur, mani-
lo demesso, quem domum aufert. - Postridie
omnes, primo illius domestici, deinde ceteri qui-
ang, volun: messem faciunt.

Facta autem messe, solenne sacrificium
pro gratiarum actione conficiunt, quod Ruteni-
a Lingua Ozinck, id est, consummatio mes-
citur. In hoc sacrificio, Sudini Borussiae populi,
apud quos succinum colligitur, capro litant, si-
ut in elegia tua ad Bembum scribis.

Litandi vero ritus est talis: Congregato
populi cœtu in horreo, adducitur caper, quem
urschaytes illorum sacrificulus mactaturus,
imponit victimæ utramq; manum, inuocatq;
ordine demones, quos ipsi Deos esse credunt: vi-
delicet, Occopirnum, Deum cœli & terræ. An-
rumpum deum maris: Gardoater, deum nau-
arum, qualis olim apud Romanos fuit Portun-
us. Potrympum, deum fluuiorum ac fontium.
Piluitum, deum diuitiarum, quem La-
tini Plutum vocant. Pergrubium, deum Veris.
Pargnum, deum tonitruum ac tempestatum.
Pocclam, deum inferni & tenebrarum. Poccol-
lurn, deum æriorum spirituum. Putschatum, de-
um, qui sacros lucos tuetur: Auscentum, deum
incolumitatis & agritudinis: Marcoppolum,
deum magnatum & nobilium: Barstuccas,
quos Germani Erdmânlen/ hoc est, subterra-
neos vocant.

His

RELIGIO

His demonibus inuocatis, quotquot adfu
in horreo, omnes simul extollunt caprum, su
memq; tenent, donec canatur hymnus: quo
nito, rursus demittunt ac sistunt caprum in te
ram. Tum sacrificulus admonet populum, ut s
lenne hoc sacrificium, à maioribus pie instit
tum, summa cum veneratione faciant, eius
memoriam religiose ad posteros conseruen
Hac concuicula ad populum habita, ipse mact
victimam, sanguinemq; patina exceptum
spargit. Carnem verò tradit mulieribus eod
in horreo coquendam. Ha intereà dum caro c
quitur, parant è farina siliginea placentas, qu
non imponunt in furnum, sed viri focum ci
cumstantes, hinc illinc per ignem iaciunt ab
cessatione, tamdiu quoad ille indurescant,
coquantur. His peractis, epulantur atq; bell
antur tota die ac nocte vsq; ad vomitum. Ebi
deinde summo mane extra villam progrediun
tur, vbi reliquias epularum, qua remanserun
certo in loco terra operiunt, ne vel à volatilibus
vel à feris diripiantur. Postea dimisso ca
suam quisq; domum repetit.

Ceterum, ex omnibus Sarmatia gentibus
supra nominatis, multi adhuc singulari venera
tione colunt Puscatum, qui sacris arboribus
& lucie præst. Is sub arbore Sambuco domici
lium habere creditur. Huic passim homines
superstitiosi litant pane, cereuisia, alijsq; cibis
sub arboribus

BORVSSORVM.

sub arbore Sambuco positis, precantes à Putfea-
so, vt placatum efficiat Marcoppolum Deum
magnatum & nobilium, ne grauiore seruitute
à Dominis ipsi premantur: vtq; sibi mittantur
Barstucca, qui (vt supra dictum est) subterranei
vocantur. His enim Demonibus in domo ver-
santibus se fieri credunt fortunatiores: eisq;
collocant vesperi in horreo super mensam map-
pa stratam, panes, caseos, butyrum, & cere-
uisiam: nec dubitant de fortunarum accessio-
ne, si manè reperiant cibos illic assumptos. Etsi
quando intactus cibus in mensa remanet, tunc
magna anguntur cura, nihil non aduersi metu-
entes.

Eadem gentes colunt Spiritus quosdam
visibiles, qui lingua Rutenica Culcky, Græca
Coboli, Germanica Coboldi, vocantur: Hos Spi-
ritus credunt habitare in occultis adium locis,
vel in congerie lignorum: nutriuntq; eos laute
omni ciborum genere, eo quod afferre soleant nu-
tritoribus suis frumentum ex alienis horreis fur-
to ablatum.

Cùm verò hi Spiritus alicubi habitare ac
nutriri cupiant, hoc modo suam erga patrem-
familias voluntatem declarant. In domo con-
gerunt noctu segmenta lignorum, & mulctris
lacte plenis imponunt varia animalium sterco-
ra. Quod vbi paterfamilias animaduertit, nec
dissipauerit segmenta, nec sterco-
ra è mulctris

RELIGIO

elegerit, sed de inquinato lacte cum omni familia sua comederit, tunc illi apparere & permanere dicuntur.

Præterea Lituani & Samogita in domibus sub fornace, vel in angulo vaporarij, ubi mensa stat, serpentes fouent, quos numinis instar colentes, certo anni tempore precibus sacrificuli inuocant ad mensam. Hi verò exeuntes, per mandum linteolum conscendunt, & super mensam assident: Vbi postquam singula fercula delibarunt, rursus descendunt, seq̄ abdunt in cauernis. Serpentibus digressis, homines lati fercula illa prægustata comedunt, ac sperant illo vno omnia prosperè sibi euentura. Quod si ad preces sacrificuli non exierint serpentes, aut fercula super mensam posita non delibauerint, tum credunt se anno illo subituros magnam calamitatem.

Adhac eadem gentes habent inter se fortilegos, qui lingua Rutenica Burty vocantur, qui Potrumpum inuocantes, ceram in aquam fundunt, atq̄ ex signis sue imaginibus inter fundendum figuratis, pronunciant ac vaticinantur, de quibuscunq̄ rebus interrogati fuerint. Noui ipse mulierculam, quæ cum diu reditum absentis filij frustra expectasset: erat enim filius ex Borussia in Daniam profectus: consulit fortilegum, à quo edocta est, illum naufragio perijisse. Cera enim in aquam fusa, expresseit formam

BORVSSORVM.

nam fracta nauis, & effigiem resupini hominis
iuxta nauim fluitantis.

Apud Samogitas est mons ad stuium Na-
uassam situs, in cuius vertice olim perpetuus ignis
à Sacerdote conseruabatur, in honorem ipsius
Pargni, qui tonitruum & tempestatum potens à
superstitiosa gente adhuc creditur. Haftenus de
sacrificijs.

Nunc de ritibus NVPTIARVM, fune-
rum, & parentalium, narrabo non minus ridicu-
la, quam superstitiosa. Apud Sudinos, Curonen-
ses, Samogitas & Lituanos, nubiles puella multis
in locis gestant tintinnabulum, quod funiculo
alligatum è cingulo dependet vsq; ad genua.
Nec ducuntur, sed rapiuntur in matrimonium,
veterum Lacedaemoniorum more à Lycurgo in-
stituto. Rapiuntur autem non ab ipso sponso, sed
à duobus sponsi cognatis. Ac postquam raptæ sunt,
tunc primum requisito parentum consensu, ma-
trimonium contrahitur.

Cum nuptia iam celbrantur, sponsa duci-
tur ter circa focum. Deinde in sellam ibi collo-
catur. Sediti super sellam pedes lauantur. Ea
verd aqua, qua sponse lauantur pedes, consper-
gitur lectus nuptialis, ac tota supellex domesti-
ca. Consperguntur item hospites, qui ad nuptiaa
inuitati sunt. Postea sponse os oblititur melle,
& oculi teguntur velamine, velatis oculis ipsa
ducitur ad omnes adium fores, quas iuberur

RELIGIO

contingere ac pulsare dextro pede. Ad singulas fores circumspergitur tritico, siligine, auena, hordeo, pisis, fabis, & papauero. Qui enim sequitur sponsam, gestat saccum plenum omni genere frugum: cumq; illam circumspergit, ait, nihil horum defuturum sponsa, si religionem pie coluerit, rerq; domesticam curauerit ea diligentia, qua debet. His actis, aufertur sponsa velamen ab oculis, & conuiuium celebratur.

Vesperis cum sponsa ad lectum deducenda est, inter saltandum ei absciuntur crines: quibus abscisis, mulieres imponunt ei sertum, niueo luteolo adornatum, quod vxoribus gestare licet, donec filium pepererint. Tam diu enim vxores pro virginibus se gerunt. Ad extremum introducit in cubiculum, vbi pulsata & verberata conijcitur in lectum, sponsaq; tractitur. Tam pro bellarijs afferuntur testiculi caprini, vel vsini, quibus ipso nuptiarum die commanducatis, coniuges creduntur fieri fecundi. Hac de causa, nullum quoq; animal castratum illic ad nuptias mactatur.

In FVNERIBVS hic seruatür ritus à rusticis. Defunctorum cadavera vestibus & calceis induuntur, & erecta locantur super selam, cui assidentes illorum propinqui, perhorant ac belluantur: Epora cereuisia, sit lamentatio funebris, qua in lingua Rutenica sic sonat: He le le, le le, y procz ty mene vmarl? y Za ty nie miel

miel szto yesty, albo pity? y protz ty vmarl? Ha
 le le, le le ij za rij nie miel kraszije mlodzice? ij
 protz tij vmarl? Id est, Hei, hei mihi. Quare
 mortuus es? Num tibi deerat esca aut potus?
 Quare ergo mortuus es? Hei, hei mihi. An non
 habuisti formosam coniugem? Quare ergo mor-
 tuus es? &c. Hoc modo lamentantes enume-
 rant ordine omnia externa illius bona, cuius mor-
 tem deplorant: nempe, liberos, oues, boues, equos,
 anseres, gallinas, &c. Ad qua singula responden-
 tes, occidunt hanc Neniam: Cur ergo mortuus
 es, qui haec habebas?

Post lamentationem dantur cadaueri mu-
 nuscula, nempe, mulieri fila cum acu: viro lin-
 teolum, idq; eius collo implicatur. Cum ad se-
 pulturam effertur cadauer, pleriq; in equis fu-
 nus prosequuntur, & currum obequitant, quo
 cadauer vehitur: eductisq; gladijs, verberant
 aurvas, vociferantes Gey geythe begaythe peckel-
 le, id est, aufugite vos Demones in infernum.
 Qui funus mortuo faciunt, nummos proijciunt
 in sepulchrum, tanquam viatico mortuum pro-
 sequentes. Collocant quoq; panem, & lagenam
 cereuisia plenam ad caput cadaueris in sepul-
 chrum illati, ne anima vel sitiat vel esuriam.
 Vxor manè & vesperi, oriente & occidente so-
 le, super extincti coniugis sepulchrum sedens vel
 iacens lamentatur diebus triginta. Cognati ve-
 ro ineunt CONVIVIA die tertio, sexto, nono,

R E L I G I O

& quadragesimo. A FVNERE. Ad qua conuiuia animam defuncti inuitant, precantes ante ianuam. In his conuiuijs, quibus mortuo parentant, tacitè aſident menſa tanquam muti, nec vtuntur cultris. Ad menſam verò miniſtrant dua mulieres, qua hoſpitibus cibum apponunt, nullo etiam cultello vtentes. Singuli de vnoquoqꝫ ferculo aliquid ſub menſam iaciunt, quo animam paſci credunt, eiꝫ potum effundunt. Si quid fortè deciderit de menſa in terram, id non rollunt, ſed deſertis (vt ipſi loquuntur) animabus relinquunt, manducandum, qua nullos habent vel cognatos vel amicos viuentes, à quibus excipiantur conuiuiſio. Peracto prandio, ſacrificulus ſurgit de menſa, ac ſcopis domum purgat: animasqꝫ mortuorum cum puluere eijcit, tanquam pulices, atqꝫ hiſ precatur verbis, vt è domo recedant, Ielij pilij duſſica: nudwen, nudwen: hoc eſt, edisti ac bibiſtiſ anima dilecta, ite foras, ite foras. Poſt hac incipiunt conuiuia inter ſe colloqui & certare poculis. Mulieres viris præbunt, & viri viciſſim mulieribus, ſeqꝫ mutuo oſculantur.


De hac oblatione ciborum ſuper tumulos defunctorum, meminit etiam Auguſtinus ſermone 15. de Sanctis, cuius verba hæc ſunt: Miror cur apud quosdam infideles hodiè tam pernicioſus error increuit, vt ſuper tumulos defunctorum cibos, & vina conferant, quaſi egreſſa de corporibus ani-

B O R V S S O R V M .

bus anima, carnales cibos requirant. Epula enim
& refectioes caro tantum requirit. Spiritus au-
tem & anima ijs non indigent. Parare aliquis
suis caris dicit, quod ipse decorat, quod prestat
ventri, imputat pietati, &c. Haecenus Augusti-
nus.

Hac, qua de superstitiosis ritibus, & cere-
monijs illarum gentium narraui, partim ipse vi-
di, partim ab hominibus fide dignis audiui. Tu
verò, praestantissime vir, qui variarum rerum co-
gnitione delectari solitus es. pro ea, qua excellit
humanitate, meum hoc qualecunq; scri-
ptum ab homine tui amantiſſimo pre-
fectum, boni consulas oro.

F I N I S .



Oo 4 IN-

**INDEX RE-
RVM, ET LOCORVM
MEMORABILIVM, QUÆ INTO-
TO HOC LIBELLO CONTI-
nentur, iuxta numerum paginarum.**

A.		Aquilaia	149
America an veteribus co- gnita fuerit, nec ne	7	Aurea legenda quid	150
eius longit. & latitudo	8	Asia minor	157
descriptio	201. 212	quæ Asiæ minoris regi- ones Græcæ	163
Auerrois	13	Asia maior, eiusq; vrbes	
Austria	46		164. 165. &c.
Aegentina	66	Athenodori eloquentia	157
Albis	87	Arabia quotuplex	177. 178
Arnstadium	107	Arabum in genere consue- tudines	179
Alba regia	118	Alchymistæ Arabes quales	180
Attici cur autochthon.	132	Albania, & eius fertilitas	181
Athenæ	132. 133. 134. &c.	Africa, eiusq; vrbes	185. 186
Apollodori Bibliotheca	134	Atlas qualis mons	187
Atticæ fontes	134	Aegyptus beatissima terra	187
Argolidis Amnes	136	Alexandria	190. 191. &c.
Achaia	137	Appion	192
Aesculapius cuius filius	138	Anseres in arboribus nati è flore	206
Arcadia	139	Aues natæ è corticibus ar- borum, item è fungis	204
montes & amnes	140	ἄλιμ. Ⓞ herba	217
Aeliani varia historia	143	B.	
Aldus Manutius quis	143	Biblia Polyglotta	13
Alexandri stupenda memo- ria	144		à quo
Antium	145		
Ambrosius Calepinus	147		
Apuli Regis potentia	148		

INDEX.

à quo excusa	19	Corinthus à quibus euerfa	
Belgicae partes	22. 23. &c.		137
Basilica	49	Castellum	144
Buceri carmen	71	Coturnicum copia ingens	
Brunsviga	75		146
Biblia Arabica & Aethiopi-		Costa stupenda piscis mari-	
ca	83	ni	148
Benedictus Arias	84	Campania, eiusq; laus	146
Brandeburga	84	Capua	ibidem
Buda	118	Caria	158
Bulgaria	119	Calchantis vatis obitus	159
Brundisium	126	Celene	160
Bononia	145	Cappadocia	162
Balanæ thermæ	146	Chaldæa	177
Bosphorus Cimmericus	201	Chryse	208
Bithynia	161	Cusco qualis vrbs	213
Britannia	204	Creta Hecatopoli olim	217

C.

Circulorum gradus quot	3	Dionysij vox de eclipsi tem-	
Continens quid	5	pore passionis	CH R I -
Corduba vrbs	13		S T I
eius promontoria & mos		Dianæ templum	158
puerperarum	20	incenditur	159
Compostella	19	Danubius	85

E.

Cervus immensus	50		
Cygnæa	70	Europa	11
Conradus Episcopus quo-		eius collatio cum Asia &	
modo interfectus	67	Africa	12
Constantinopolis, & eius si-		Exemplum inusitatae sæui-	
tus, ac magnitudo	121	tiae	39
	122.	&c. Erasti libri	56
Chrysofomus quanti facti ⁹		Erphordia	68
	121	Exemplum profani Mona-	
Cheronæa	128	chi	70

INDEX.

Exemplum auaritiæ insignis	109	quotuplex, & quæ regi-	ones 26.27.28.29.&c.
Exemplum crudelitatis sin-	112	gularis	amnes celebriores 84
Eustathius quis	124	Germanica lingua quib. ve-	85.&c.
Epidaurus	137	cibus abundet	140
Elis quid	139	Goltperga	36
Elias Leuita quis	152	Glogauia	38
Ephesus	158	Grynæi Epicedion	49
eius distantia ab Hiero-	159	Gelhusa	68
solyimis	159	Greusena	107
Exemplum stupendi robo-	216	Græcia 121.122.123.&c.	Græciæ florentis scriptores
ris	218	qui	140
Eubea	218	Græcia verè sic dicta quo-	modo diuidatur 120
F.		Græcorum pugnae quæ	131
Fames inaudita	32	Greichgoia qualis vox	141
Freistadia	35	Gregorij magni Papæ ope-	ra 143
Febris quartana quomodo	56	Gothia	208
curata sit	66	Georgius Valla Placentinus	147
Fuldensis Bibliotheca	67	Geber Arabs	179
Francoforda ad Mœnum	70	quando vixerit	180
Friburga	140	Gallicenæ	204
Fuggerorum Bibliotheca	145	H.	
Ferraria	210	Hispania	12
Fortunatæ Insulæ quæ	211	Hispalis vrbs	13
quando repertæ	211	Historia animalium & stir-	pium Gesneri 49
G.		Hippocratis Medicina qua-	lis 56
Gæographia quid	3	Hamburga	73
Gades	15	Hercy-	
Geneua	22		
Gallia, eiusq; partes	21		
quæ flumina	24		
Germania	25		

INDEX.

Hercynia filua, eiusq; varia nomina	87	Insignia veterum Regum Vngariæ	120
summaria descriptio	108	Italia	142
Horatij patria.	147	montes	153
Herodotus cur Thurius	148	amnes	154
Hermogenis ingenium	157	Ionia qualis regio	158
Homerus magnus vir	159	India ac Insulæ adiacentes	182.183.&c.
Homines Septentrionales quales	203	quæ via traducendi merces ex India	10
Hiberni veteres quales	204	Insulæ Oceani	202.203.&c.
I.		Islandia	207
Isthmus	5	Ibycus Poëta Lyricus	216
Ioannes Morenbergius	32	Louis sepulcrum	217
Jacobus Monauius	34	Insulæ maris Iberici	219
Ioannes Haselbach	47	L.	
Ingolstadtium	50	Ludouicus Viues	15
Jacobus Ebertus	83	Lugdunum	22
Ulfelda	87	Leonhardus Fuchsius	65
Ioannes Thalius	90	Lubeca	73
ad Neandrum scribit vnâ cum alijs viris doctis	107	Luneburga	ibidem
	102. &c.	Lusatia	84
Idolomania horribilis & tristis	212	Lappia orientalis in quantum distet à polo arctico	117.207
Insulæ maiores quæ	215	Lais Corinthia	137
	216.&c.	Laurentium	145
Islebia	107	Laconicæ montes	136
Ioannes Basilius Rex qualis in subditos fuerit	111	Lycius quis	158
	112.&c.	Lydia	159
quibusdam aures abscedit: nonnullos verò pel- libus insutos dilacerari à canibus permittit	113	amnes & montes	160
crudelior Turca	114	Londinium	204
		Lesbos vino generoso elata	218
		Massy	

I N D E X.

M.	Maria	198, 199. &c.
Maffylia	24	N.
Mifnia	68	Nauigationes veterum 6, 7, 8
Mifna	70	Lufitanorum & Veneto-
Mersburga	ibidem	rum 8
Madeburga	75	Neandri vita 36
Marchia	76	Noribergæ fitus 50
Mœnus	86	Noricum 84
Mofcouia	110	Neccarus 87
templa & monafteria	113	Northufa 90
abundat feris & melle		Neapolis vrbs magnificen-
	116	tiffima 146
Mofcouiticus Rêx quomo-		Nazianzum 162
do ducat vxorem	115	Nabathæi 178
Mofcouiæ Superintendens		Nilus quando incipiat cre-
Ecclefiarum quis	116	fcere 194
Macedoniæ regiunculæ	126	Nicolaus de Lyra quis 209
Methone	137	O.
Megalopolis	139	Opiniones de Herculis co-
Mediolanum	149	lumnis 20
Martinus Crufus	66	Occitarum origo 22
Mare mediterraneum vndè		Olympia 139
fortiatur varia nomina	201	Ottomanzicum 161
finus eiusdem maris ibid.		P.
Milerus	158	Poli eleuatio quid 4
Mithridates rex Ponti quan-		Platonis verba de Atlantide 8
tus	161	
Media	180	Philippi Hispaniarum po-
Memphis	189	tentia 9
Magellanica	210	Pseudomartini hiftoria 22
Megellanus occumbit in		Pabeperga 67
prælio	210	Palatinatus 56
Margaritarum ftupenda ma-		Praga 110
gnitudo	210	Pannonia 117
		Pell.

I N D E X.

Pella vrbs	124	Syntagma Heroicum, conti-	
Phocidis fontes	128	nens omnium gentium om-	
Peloponesi paradoxa, & re-		rigines	77.78.&c.
giunculæ 135. 136. 137. &c.		Sigismundus Strophius	107
Patauium	152	Sarmatia, eiusq; regiones ac	
Padua	154	annes celebriores	109
Pamphilia	158		110. 119. &c.
Phrygia qualis terra, & eius		Sclauonia	119
annes, ac montes	160	Stridon patria D. Hierony-	
Prusa	162	mi	110. 119
Phœnicia & partes regionis		Stagyra	124
Phœnicia:	168	Stilpon Philosophus	137
Pontus Axenes	201	Sicyon qualis vrbs	138
Peninsulæ quot	202	Spira vrbs	141
		Sardanapali Epicedion	157
Q		Stockholmia vrbs	Suetiæ
Quintilianus	15		207
Quinai	209	Siciliæ vrbes & ambitus	216
R.		T.	
Regio quid	12	Terræ & locorum cognitio	
Rhetici iudicium de Theo-		cur utilis	1
phrasto	56	Terrarum orbis diuisio 2. 11	
Roma, & eius præconia, i-		eius descriptio quomo-	
tem quo interuallo distet		do cognoscenda	5
ab Hierosolymis	142	Terræ forma, regiones &	
S.		Zonæ	3
Scholastica Theologia	21	eius longitudo & latitu-	
Sprota igne perit	40	do tam superiori, quam	
Saganum incendio perit	ib.	nostra ætate	45. 5
Spira	66	quomodo à nobis cir-	
Silestra	31	cumiri possit	11
quæ officia contulit in		Terra Comensis	19
Neandrum	41	Tassilio	50
Sueuia	55	Theophrasto cur ab aliqui-	
Saxonia	73	bus	

INDEX.

bus multum tribuatur	56	Terræ Insulæ factæ	219
eius natiuitas & mors	65	Tenodos	222
Thuringia	68	V.	
Transiluania	118	Vtyssibo	18
Thraciæ montes & amnes	123.124.&c.	Vratislauiæ	22
Thessalonica	124	qui Doctores Ecclesiæ &	
Thessalica tempe	126	Rectores Scholæ	23
Thessaliæ regiunculæ	ibid.	Valesia	50
Thebæ heptapylæ	128	Voitlandia	68
Tarentum	148	Viteberga	69
Thalmud quid contineat		Vaccæ Epirodicæ insigni	
	152	magnitudine	126
Tyana	162	Venetia	151
Taurus mons, & varia eius		Z.	
nomina	164	Zonæ quot	3-4
Taprobana	209	Zeila	208.

F I N I S.



L I P S I Æ,

Ex Officina Ty-

pographica Abra-
hami Lambergi.




Anno,

M. D. LXXIX.

10802





J589
N3490

c





